


R. II ed., to. II p. 15, n. 6-

5-10-A-9-





ORTHOGRAPHIAE
RATIO,
AB ALDO MANVTIO,
PAVL F. COLLECTA.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

CVM PRIVILEGIO.
VENETIIS, M D LXI.

BRITISH LIBRARY
1651 TA 2
AS IT DOETH MIGHT
IN THE EARTH



AS IT DOETH MIGHT
IN THE EARTH

PRAESTANTI VIRO,
IVRIS VTRIVSQUE
SINGVLARI COGNITIO-
NE ORNATO,

FRANCISCO MORANDO,
ALDVS MANVTIVS,
PAVLIF. S. P. D.



V N Q V A M eorum institu-
N tum probauit, qui eo animo
se ad litteras conferunt, ut,
præter suam utilitatem , nihil cu-
rent. quo enim pluribus commu-
nicatur , eo nobilior est uirtus.
Accedit illud, quòd fama nominis
nostrī & propagatur scriptis , & per
petuo custoditur : qui est uberri-
mus , ac præstantissimus litterarum
fructus . quamobrem eò semper co-
gitationes meæ spectarunt , ut ea
præstare possem , quæ studiosis om-
nibus utilitatem aliquam afferrent,
meumq. nomen posteris etiam pro-
derent . in quo aui mei , parentisq.
uestigia cum sequar ; si me dignum

A 2 utroque

utroque non præbuero ; imbecillitas ingenij, mei culpam sustineat ; uoluntas quidem reprehendenda non uidetur . quæ uero præstare mihi licet , ea omni meo studio , diligentiaq. & curaui antea , & curabo donec uiuam . quod quidem ætatis meæ est , ut recte & emendate scribendi scientiam , quam uocant Orthographiam ; consequerer ; in hoc elaborauit diligenter : quæque aliquot mensium studio collegerim , nunquam edere ausus essem , nisi tua me singularis auctoritas , FRANCISCE MORANDE , uir omni laude præstans , in hanc mentem impulisset . cur enim tibi non obtemperarem , cuius & subtile iudicium , et eximiam doctrinam quotidie pater meus in ore habet ? qui nos ita diligis , ut de nostris ornamentis , atque commodis nemo laboret magis . quem omnes boni , ac eruditii uiri , semel allocuti , ob ingenium , probitatem , comitatem , tantifaciunt ,

ciunt, ut amicitiæ tuæ nihil antepo-
nant. Quæcum accurate cum ani-
mo meo considerarem, putauit faci-
undum, ut hæc nostra, quæcunque
sint, tuo nomini inscripta emittre-
rem; quod esset, primum, studii in-
te mei perspicuum argumentum à
pud omnes; deinde firmissimum ad
uersus eos præsidium, qui alienæ
laudis inimici libentius improbant,
quæ excusari tamen aliqua ratione
possunt, quam laudant, si quid lau-
de dignum est. Ego, dum tibi,
tuisque similibus non dispiceam,
quid reliqui sentiat, parum labore-
nam, ut omnibus eadem probentur,
fieri uix posse arbitror. In hoc
libello consuetudinem antiquorum
indicaui, ut eos in scribendo liceat
imitari. usus sum lapidum, nummo-
rum, ueterumq. librorum testimonio.
etymologiæ rationem ostendi: ne-
que Græcam scripturam neglexi,
quæ interdum obscuram ueritatem
illustrat. quæ studiosis non inutilia

fortasse , tibi quidem , pro tua in
me, patremq. meum benevolentia;
cui parem esse nostram uelim cre-
das, iucundissima fore non dubi-
to. Atque hac spe excitabor ad ea,
quæ præstantiora sunt : quæ si con-
sequar, affirmo tibi, nihil antiquius
me esse habiturum , quām ut ad
tuam laudem omnia mea studia, om-
nem curam , industriamq. confe-
ram . interim, ne meum animum ex
hoc tenui munusculo , sed , ex ani-
mo rem ipsam ut spectes , etiam at-
que etiam rogo. Venetiis,
M. D. LXI. Kalendis Ian.

ORTHOGRAPHIAE⁴
ratio, ab Aldo Manutio,
Pauli F. collecta.

A, PRO AB, sine accentu scriberem, tum ex antiqua consuetudine, tum etiam, quia Græcæ linguae potius, quam Latinæ uidentur accentus conuenire. quod si quando recipiendi, tunc uidelicet, cum sententiam patefaciunt. ideoque doctis quibusdam uiris assentior, qui quod, & quam, ne pronomina uiderentur, interdum, apice suprascripto, notabant. at in a, pro ab; et in e, pro ex; & in o, si accentum addas, nihil magis, quid significet, ostendes. confirming nostram opinionem Quintilianus, libri, lapides omnes.

ABIIICIO, adijcio, & obijcio, malim, quam unica i: cum sint a uerbo iacio, & a littera conuertatur in i: ut a facio sit afficio, conficio, officio, reficio, & similia: quæ conuentunt a in i. præterea, si, abicio, dicas; breuis erit prima syllaba, quæ producitur a poetis, ut etiam in uerbo obijcio, & adijcio. itaque in præterito quoque dicimus, abiecit, adiecit, obiecit, reiecit, conuersa in e secunda i: ad exemplum uerbi simplicis, iacio. confirmat & nostram opinionem Gellius libro iv.

Orthographiæ
cap. x vii. & lapides. uide, LIT-
TERAE.

ADOLESCENS, non adulescens, libenter scri-
bo, repugnantibus quibusdam antiquis libris.
adiuuat nostram opinionem auctoritas Festi, in
quo hæc legimus: Suboles, ab olescendo, id est
crescendo, ut adolescentes quoque, & adultæ,
et indoles dicitur. Quod etiam confirmant anti-
qui lapides, quorum unum tantum, breuitatis
gratia, subscribam. uide etiam, CONIVX.

ADOLESCENS. TAMETSI. PROPE-
RAS. HOC. TE. SAXVM. ROGAT
VT. SE. ASPICIAS. DEINDE. QVOD
SCRIPTVM. EST. LEGAS
HIC. SVNT. POETAE. PACVII
MARCI. SITA
OSSA. HOC. VOLEBAM. NESCIVS.
NE. ESSES. VALE

D. M.

ACCIUS, familia Romana, quandoque dupli-
cē. nam & Acius, & Attius, & Atius, aliæ
familiae, reperiuntur. de Accia cognoscitur ex
hoc lapide, multis omissis.

L. VOL-

L. VOLCATIO. Q. F

VEL. PRIMO

PRAEF. COH. I. NORICOR
 IN. PANN. PRAEF. RIPAE.
 DANVVI. ET. CIVITATIVM
 DVARVM. BOLOR. ET. AZALIOR

TRIB. MILIT. LEG. V

M A C E D O N I C A E. IN
 MOESIA. PRAEF. ALAE. I.
 PANNONIOR. IN. AFRICA
 IIVIRO. QVINQ
 FLAMINI. DIVOR.

OMNIVM P. G
 EX. TESTAMENTO. EIVS
 POSITA
 M. ACCIO. SENECA
 MANLIO. PLANTA
 IIVIR. QVINQ

ACILIA, gens Romæ, in qua Glabriones, unicæc. libri, lapides Capitolini, et alij: et nūmus argenteus clarissimi uiri, Andreæ Lauretani, patricij Veneti; qui habet, M. ACILIUS. IIIIVIR. VALETU. & aliis uiri eruditissimi, Rinaldi Odoni, auunculi mei, itidem inscriptus.

ACIUS, unde Acilius, unica, c. lapides.

A. ACIUS.

Orthographiæ

A. A C I V S. A R C H I A T A

A C T I V M , p r o m o n t o r i u m , c u m ēt . l i b r i u e t e -
r e s , & Græca consuetudo .

A D S C I S C O , n o n a s c i s c o : a l i o q u i s e c ū d a l i t t e r a
p r æ p o s i t i o n i s a d p e r i r e t : q u æ i n c o m p o s i t i o n e
u e l r e m a n e t , u e l i m m u t a t u r . r e m a n e t i n a d -
a u g e o , a d h i b e o , a d h æ r e o , a d d u c o , a d b i b o ,
a d s c r i b o : m u t a t u r i n a f f l u o , a f f i r m o , a f f i c i o ,
a p p r o p e r o , a l l i c i o , a t t e r o : & s i m i l i b u s .

A E B U T I A , f a m i l i a R o m a n a , c u m a e d i p h t h o n
g o . G r æ c i e n i m , a i c e t i u s .

A E D V I , n o n H e d u i , G a l l i æ p o p u l i . l i b r i , &
G r æ c a consuetudo .

A E R V M N A , c u m a e , a G r æ c o , a i p e i r . F e s t u s .

A E S E R N I A , o p p i d u m I t a l i c u m , c u m a e d i -
p h t h o n g o . G r æ c a consuetudo .

A E T H E R E V S , n o n a t h e r i u s : q u i a G r æ c a i n
i u s , L a t i n a i n e u s , u t a e r e u s , d e s i n u n t . s i c
e t i a m s c r i p t u m e s t i n u e t u s t i f f i s s i m i s l i b r i s .

A F R I C A , n o n A p h r i c a . l a p i d e s C a p i t o l i n i , &
a l i j .

alij. uide, ACCIVS, PATRICIVS.

AGGREDIOR, afficio, affinis, et similia, ob pronuntiandi suauitatem, placent, mutata secunda littera præpositionis. etenim ueteres etiam ipsos multum auribus tribuisse uideo. contra libros, & lapides aliquot ueteres. uide LAVINVS.

AHALA, non Hala, Seruiliorum cognomen. lapides Capitolini, et alij; et nummus argenteus monachi optimi, atque doctissimi, Alexandri Toti; qui habet, BRVTVS. AHALA. & alias Andreæ Lauretani, itidem inscriptus.

AHENOBARBVS, non Aenobarbus, Domitorum cognomen. lapides Capitolini, et alij; & nummus argenteus Andreæ Lauretani, qui habet, CN. DOMITIVS. AHENOBARBVS. & alias optimi, ac doctissimi uiri, Matthæi Forerij, itidem inscriptus. confirmat nostram opinionem Gellij auctoritas lib. 2. c. 3. Vnde illud: Litore ahena locant alij.

ALIA, flumen, unde Pugna Alienis, unical. Seruius. poetæ uero, metri caufa, alteram addiderunt.

Alimentus,

Orthographiæ

A L I M E N T V S, non *Halimetus*, *Cinçiae gen-*
tis cognomen. libri ueteres.

A L L I E N V S, non *Alienus*, *cognomen familiæ*
Romanæ. libri, & lapides.

A. A L L I E N V S. Q. F. C H R E S I M V S

A L V C I N O R, libenter scribo sine aspiratione,
ductus auctoritate Festi: &, unical, ex eius-
dem sententia, quam indicat ordo litterarum,
ab eo seruatus in tradenda ueterum uerbo-
rum significatione. nec aliter sensisse uidetur
Cloatius Verrius apud Gellium libro XVI.
cap. XI. quanquam Nonius inter aspirata
ponat, & Gellius lib. II. cap. III. aspiratio-
nem ueteres apposuisse ostendat. ego, contra
Pontani opinionē, Festum, & Cloatiū sequor.

A N I C I V S, non *Anitius*. *lapides Capitolini, et*
alij. uide sequentem dictionem.

A N N A E V S, cum ae diphthongo: *familia in Hi-*
spania, e qua Lucanus poeta, & duo Senecæ.
uideo etiam Annæ Placidi mentionem fieri
in lapidibus.

M.
Q. FABIUS. HONORA-
TVS. T. ANNAEVS.
PLACIDVS. AMPLIFICA-
TORI. VRBIS. ROMAE
DOMINO. NOSTRO
CONSTANTINO. MA-
XIMO. PIO. FELICI. VI-
CTORI. AC. TRIVM-
PHATORI. SEMPER
AVG. ANICIVS. PAVLLI-
NVS. IVN. V. C. CON-
SORDIANVS. BRAEF
VRBIS. ET. IVDEX. SA-
CRARVM. CONSTI-
TUTIONVM. PIETATI
EIVS. SEMPER. DICA-
TISSIMVS.

ANNEIVS, familia Romana, de qua in libris
mentio: & legatum suum in Ciliciensi pro-
uincia M. Anneium Cicero nominat in episto-
lis. libri ueteres.

ANTLARE, Festus dicit, a Greco ἀντλῶ dedu-
ctum. ergo scribendum est antlare, non, ut est
in quibusdam libris, anclare, itemq. exantla-
re. quod & Seruij Honorati in Donatum com-
mentarius

Orthographiæ

mentarius confirmat his uerbis: Ante l, nunquam inuenimus t, nisi in paucis, ut exantlauit, quod & in Plauto lectum est, hoc est, exhaustus.

A N V L V S, unica n, ex antiqua consuetudine, cū qua uidetur consentire etymologia, cum deducatur ab ano; quasi anulus sit parvus anus. nam a Græco deduci non placet, ut sensit Festus: quanquam ad orthographiam nihil refert. nam, licet originem duceret, ἀπὸ τοῦ ἐντοῦ, ut Festus uoluit; uel, ἀπὸ τοῦ καυοῦ-δαι, ut Seruius Grammaticus: tamen unica n scribendum uideretur. Alij uero ab anno derivatum putant, quod in se redeat, ut annus: ex quo, duplii nn scribendum, affirmant. ego & antiquitatem sequor, & ueriorcm, ut arbitror, etymologiam.

A P I C I V S, non Apitius. libri, & lapides.

M. A P I C I V S

M. F. P V B

P V D E N S

V E R O N A

MIL. COH. XII. PRAE

MILIT. AN. XVI

VIX. ANN. XXXIIX

H. S. E

Apenn-

A PENNINVS, *unica p, & dupli ci nn. libri,*
Græcaq. consuetudo.

A P P A E V S, *duplici pp, & cum ae diphthon-*
go. lapides.

L. APPRAEO. L. F.

P V P

P V D E N T I . P P

T R I B . C O H . X I I .

V R B . E T . X . P R A E T

F L A M I N I . F L A V I A R I U S

P A T R O N O

A P P V L E I V S, *duplici pp, familia Romania.*
libri, lapides Capitolini, et alij.

A P V L I A, et *Apulus, unicap. nam in lapidibus*
Capitolinis est, DE APVLEIS. in prima
tamen, & secunda syllaba differunt. Apul-
lia enim primam syllabam modo corripit, mo-
do producit, ut ex Horatijs uersibus liquet:
secundam uero semper producit: quod eius-
dem poetæ testimonio probatur. Græciique,
Απέλια, scribunt. In Apulus autem semper
producitur prima, & corripitur secunda: ut
idem Horatius, & præterea Lucanus, Mar-
tialisq. ostendunt. uide, T V T E L L A R I V S.

Aquil-

Orthographiæ

AQVILLIVS, dupliⁱ ll. lapides Capitolini, et
alij: et nūmus argenteus Andreæ Lauretani,
in quo est, AQVILLIVS. FLORVS. IIIVIR

ARENA, sine aspiratione, ut deducatur ab aridi-
tate: quod Varronem sensisse, ait Seruius; cū
alij ab hærendo deducerent.

ARRIVS, dupli rr., familia Romana. libri,
& lapides.

C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI
CURATORI. MVNIC. PRIVERNATIS

ARRETIVM, oppidum, dupli rr. libri ue-
teres, & Græca consuetudo.

ARRVNTIVS, dupli rr. libri, Victorinus
Afer, & lapides.

D I I S. M A N I B V S
MYRRHINI. DOMITIANI
PVBLICI. A. COMME-
TARI I S. XVVI R. S. F
ARRVNTIA. DOLICHE
FECIT. CONIVGI. CARIS-
SIMO. ET. LIBERTIS. LIBER-
TABVS. Q VE. SVIS. POSTERIS. Q
E O R V M

Ateius,

A T E I V S, unicat, familia Romana. libri ueteres.

A T I L I A, gens Romæ, in qua & Reguli, & Calatini, & Bulbi, & Serrani fuerunt; unica t. libri, lapides Capitolini, & alij: & nummus argenteus Alexandri Toti, qui habet,

M. ATIL. SARA.

A T I V S, unicat, familia Romana, ex qua nata est Augusti mater. libri ueteres, & Virgilius libro v.

Parvus Atis, genus unde Atij duxere Latini. Idq. confirmat Atilius, nomen Romanae gentis, sic ab Atio deductum, ut Acilius ab Acio: & alia eiusmodi.

A T R A T I N V S, non Atracinus, cognomen Semproniae gentis. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij.

A T T I V S poeta, & Attius augur, de quo Liuius, duplicitt. Victorinus Afer, libri, & lapides.

C. A T T I O. T. P. S V B

VITALIANO.

D O M O. C E L E A E

B VETE-

Orthographiæ

VETERANO. L E G . V
AVG. MILITAVIT. ANN
XXXVIII. VIX. ANN. LVIII
IN. FR. P. XI. IN. AGR. P. XVI.

Vide etiam, PVBLICIVS.

*ATTVLI, non adtuli, aurium sensu comproban
te, nec dissentiente Terentio Scauro, antiquo
grammatico, ueteribusq. librīs.*

*AVCTOR, & auctoritas, cum ēt, ab augeo:
quod etiam Pierius probauit: assentientibus
Festo, Carisio, & lapidibus.*

C O L L E G I V M

A V G V R V M. AVCTORE
I M P . C A E S A R E . D I V I
T R A I A N I . P A R T H I C I . F
D I V I . N E R V A E . N E P O T E
T R A I A N O . H A D R I A N O
A V G . P O N T . M A X . T R I B
P O T . V . C O S . I I I . P R O . C O S
T E R M I N O S . P O M E R I I
R E S T I T V E N D O S . C V R A V I T

*AVTRONIVS, non Antronius, familia Roma
na. lapides Capitolini.*

B

BAEBIVS, cum ae diphthongo. libri ueteres, et
lapides Capitolini.

BAETHICA, prouincia, cū ae. libri, et lapides.

C. OPPIO. C. F. VELVA
SABINO. IVLIO. NEPOTI
MR. VIBIO. SOLLEMNI. SEVERO
COS. ADLECTO. A. SACRATISS. IMP.
HADRIANO. AVGUSTO
INTER. TRIBVNICIOS. PR. PEREGR
CANDIDATO. AVG
LEGATO. PROV. BAETHICAE. CVR. VIAR
CLODIAE. ANNIAE. CASSIAE
CLIMINE. TRIVM. TRAIANARVM
ET. AMERINAE. LEG. LEGION. XI
C. L. P. F. LEG. AVG. PR. PR
PROVINCIAE. LVSITANIAE
PRO. COS. PROV. BAETHICAE
PATRONO. COL
LEONAS. LIB. ADCENSVS. PATRONI
BT. IN. DEDIC. STATVAE
COLONIS. CENAM. DEDIT

BELLVA, llgeminata, quod ab ea bellum dedu
catur. Festus.

B 2 Blæsus,

BLAEVS, cum ae, cognomen Semproniorum.
lapides Capitolini, & alij.

BRITANNIA, duplicitt. libri, & lapides.

CN. MVNATIVS. M. F. PAL
AVRELIVS. BASSVS
PROC. AVG
PRAEF. FAB. PRAEF. COH. I II
SAGITTARIOR. PRAEF. COH. I T E R V M . I I
ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM
ROMANORVM. COLONIAE. VICTRI-
CENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA
CAMALODVNI. CVRATOR
VIAE. NOMENTANAЕ. PATRONVS
E IV S D E M
MVNATII. FLAMEN. PERPETVVS
D V V M V I R A L I . P O T E S T A T E
AEDILIS. DEDICATOR. IIII

BRVNDISIVM, non Brundusium. Festus, li-
bri, & Græca consuetudo.

BRVTTII, duplicitt, populi. libri ueteres, la-
pides Capitolini, & alij.

BVCCINA, duplicitt, ex Festo, qui deducit
a bucca.

Cæcilius,

C

CAECILIVS, cum ae. libri, lapides Capitolini, & alij.

CAECINA, cum ae, a cæcus . libri ueteres.

CAE DICI V S, cum ae, & cum c. lapides Capitolini, & alij.

CAELEBS, cum ae, quod cælo dignam agat uitam. Festus, & libri ueteres.

CAELLA, cum ae.. Festus, quia deducatur a cælo uerbum.

CAE LO, cælas, cum ae diphthongo in utraque significatione . Festus, & libri ueteres.

CAE L V M, cum ae. Festus, libri, & lapides.

PERPETVAS.SINE.FINE.DOMOS.MORS
INCOLIT. ATRA
VITA. SVBIT. CAELVM. CÖRPVS. TEL-
LVRE. TENETVR
SIC.RERVM.NATVRA.IVBET.SIC.TEM-
PORIS. ORDO

B - 3 . nec

Orthographiæ

nec desunt aliorum lapidum testimonia. unde, FOEDVS. Quidam a cœlando deducunt: quod uerbum item cum ae scribitur.

CAEPIO, cum ae, Seruiliae gentis cognomen. libri, lapides Capitolini, & alijs: & nummus argenteus Andreæ Lauretani, sic inscriptus, Q. CAEPIO. RVFVS. PRO COS.

CAEREMONIAE, cum ae in prima, & e in secunda syllaba libri, & lapides.

• • • • • • • • • • • • PONTIFICI. MAXIM.

TRIBVNIC. POTESTAT

IMP. XVII. P P

COS. VIII. DES. VIII. CENSORI
CONSERVATORI. CAEREMONIARVM
PVBLICARVM. ET
RESTITVTORI. AEDIVM. SACRARVM
SODALES. TITI

CAERELLIVS, cum ae, & duplii ll. libri, & lapides.

C. CAERELLI. FVFDIO
ANNIO. RAVO. C. F. OVF
POLITTIANO. SODALI
MAR-

MARCIANO. AVRELIANO
COMMODIANO. HELVIANO
SEVERIANO. IIIVIR. MONET
A. A. A. F. F. TRIB. LATICLAVIO
LEG. III. CVR. VIVIR. EQVIT. ROMA
TVRMAE. PRIMAE. QVAESTOR
CANDIDATO.

IMP. CAESARIS. M. AVRELI
ANTONINI. PII. FELICIS. AVG
TRIB. PL. CANDID. PR. NASTAR. C. V
FV FIDII. AMY CVS. ET
CHRESTINA. NVTRITORES

CAERVLEVS, cum ae, quasi cæluleus, a
cælo. libri, & lapides.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVGVST
PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP
VI. COS. III. DESIG. IIII. P. P
AQVAM. CVRTIAM. ET. CAERVLE
AM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAV
DIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS
DILAPSAS. QVE. PER. ANNOS. NO
VEM. SVA. PECVNIA. VRBI. RE
STITVIT

CAESETIVS, cum ae, familia Romana.
libri ueteres, & Græca consuetudo.

Orthographiæ
CAESTVS, cum ae. Festus.

CALIDIVS, unica l, familia Romana. libri, & lapides.

M. CALIDIVS. MARITIM
VIX. ANN. IIII. M. V

CALPVRNIVS, non Calphurnius, neque Cal-
furnius. libri, lapides Capitolini, & alij.
Græciique, qui, Καλπέρνιος, dicunt. deducitur
enim a Calpo, Numa filio, teste Plutarcho.

CANTHERIVS, cum adspiratione. Festus.

CARISIVS, sine adspiratione. libri, & duo
nummi argentei Andreæ Lauretani, quorum
alter habet, T. CARISIVS: alter vero, T.
CARISIVS. IIIVIR. et alius egregij me-
dici Brixiani, Aloysii Mondellæ, itidem in-
scriptus, & alius Alexandri Toti, sic inscri-
ptus, T. CARISIVS. MONETA. et alius
Matthæi Forerij, cum ijsdem litteris.

CARVS, & caritas, sine adspiratione. libri uete-
res, Pandectæ Florentinæ, & lapides. uide,
ARRVNTIVS, CONIVX, LITTERAE.

Cascellius,

CASCELLIVS, dupli^c libri ueteres.

CATIVS, & unica c, & dupli^c, uel diuersa
hominum opinione, uel, quod due familiæ es-
sent . libri, & lapides.

C. CATIO. C. F. M E N. BALBO
OPE. TREIICIAE. C. F. PVLLAE
HOS. DECVRIONES. FVNERE
PVBLICO. DE. FOROETRIO. DIALE
EFFERENDOS. ET. HIC. HVMANDOS
CENS. FVFISIAE. A. L. VIOLAE
C. CATIVS. C. F. MEN. GALLVS.
PARENTIBVS. ET. VXORI

CN. CATTIVS. ONESIMVS. ET. MVNIA
SECVnda. FECERVNT. CN. CATTIO
PALATINO. FILIO. SVO. QVI. VI-
XIT. ANNIS. VII. DIES. XV. ET
CATTIAE. ATHENAIDI. QVAE. VIX
AN. X. DIES. XXV. ET. M. MVNIO
GERMANO. COLLIBERTO. SVO. ET
SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBER-
TABVS. Q. POSTERIS. Q. EORVM
H. M. EX. T. H. NON. SEQ

CATULLVS, poeta, dupli^c libri ueteres. Ca-
tulus autem Lutatiorum cognomen, unica l.
lapides Capitolini.

Orthographiæ

C A V S S A, dupliⁱ ss, ex lapidibus Capitoli-
nis, & alijs, & ex ipso Cicerone, ac Virgilio,
ut Quintilianus tradit. quod apud me tanti-
est, ut omnium præterea lapidum, quicunque
aliter habent, auctoritatem, omnium etymo-
logiarum rationem uincat. quanquam & ety-
mologia adiuuet, ut deducatur a caueo: ut sit
caussa, quasi cauissa. quod & Scaurus, anti-
quus grammaticus, indicat, licet unicum s in
caussa magis probet. *Vide etiam, C E T E R A,*
NEGOTIV M.

C E N A, sine diphthongo, ex antiquissimo Bem-
bi Terentio, alijsq. libris, præterea ex anti-
quis lapidibus. Alij scribunt cum ae, inter
quos Festus. ego, dissentientibus libris, utram
ad partem lapides inclinant, eam sequor.
Vide, BAETHICA.

C E N T H O, cum adspiratione, cognomen Clau-
diæ gentis. lapides Capitolini.

C E N T U M A L V S, non Centimalus, Fuluiorum
cognomen. libri, & lapides Capitolini.

C E P H A L L E N E, insula, dupliⁱ ll. libri uete-
res, & Græca consuetudo.

Cera,

CERA, sine diphthongo. libri ueteres, & Graeca consuetudo.

CERIALIA, non Cerealia. libri, & nummus argenteus Andreæ Lauretani, & alius Matthæi Forerij, & tertius Io. Mariae Sculptoris; qui sic omnes habent, C. MEMMIVS. C. F QVIRINV. MEMMIVS. AED. CERIALIA. PREIMVS. FECIT.

CESTIANVS, sine diphthongo. duo nummi argentei Andreæ Lauretani, sic inscripti,
CESTIANVS. S. C.

CETERA, sine diphthongo. libri, & lapides.

C. C A M E R I V S
C R E S C E N S

A R C H I G A L L V S. M A T R I S
D E V M. M A G N A E. I D A E A E. E T
A T T I S. P Q P V L I. R O M A N I
V I V V S. S I B I. E T

C. CAMERIO. EVCRATIANO. LIB
SVO. CETERIS. AVTEM. LIBERTIS
VTRIVSQVE. SEXVS. LOCA. SINGVLA
SERVVLTVRAE. CAVSSA. H. M. H. N. S

CIRCVMVENIO, non circunuenio, & similia,

Orthographiæ

milia , conseruata ultima littera præpositionis circum . nec enim respuunt aures circumuen-
tus , circumductus , circumseptus , & similia .

CIVS, non *tius*, ita scriberem, ut pronuntia-
tur, in deriuatis aut a supinis, aut a nominibus:
a supinis, ut aduenticius, ficticius, editicius,
translaticius, impositicius, insiticius,
dediticius, repticius, & similia: a nominibus,
ut patricius, tribunicius, ædilicius, latericius,
nouicius, compitalicius: in quo librorum, &
lapidum, maximeq. Capitolinorum, qui apud
me plurimi sunt, auctoritatem sequor. nūmus
etiam æreus Rinaldi Odoni sic habet ab uno la-
tere, **C. GALLIVS. LUPERCVS. IIII-**
VIR. A. A. A. F. F. ab altero uero,
AVGVST. TRIBVNIC. POTEST.
Vide, BAETHICA, CAEREMONIAE.

CLOACA, non cluaca, ex Festo, & lapidibus:
etsi Viatorinus Afer cluacæ scribendum pu-
tat a colluendo.

Viatores. ciues. optumi. uel. aduenæ. si-
ue. bini. siue. singuli. inceditis. siue
turmatim. quod. magis. erit. gratiæ
sistite. obfirmate. gressum. nec. mire-
mini. si. moramini. aliquantisper. di-
cacus.

caculus. equidem. fui. succinctus. sermo. dari. uobis. non. potest. iuuat uobiscum. esse. ac. ab. ore. meo. pendulos. detinere. ut. iuuit. semper. saxum. hoc. uos. uocat. quid. inquam? iuuus. assueui. prudens. imprudehs mortuus. item. uos. fallo. nam. non uos. uocat. quod. uacat. ore. uerum is. quoius. cinis. hic. latet. olim. quom potuit. nunc. huc. uos. uocari. uoluit. ualuitq; hoc. hæc. olini. sua. uoluntas. uolentes. uos. legere. hoc. scriptum. uah. quid. loquor? immo. sculptum. quam. ægre. ueritas. adhuc. secum. conciliat. nam. neque. hic. atramentum. uel. papyrus. aut. membrana. ulla. adhuc. sed. Malleolo. &. cete. literatus. silex. silens. adhuc. quid hic. latet. late. quod. ego. efferri. & effari. gestio. Sertius. Polensis. parasitus. histrio. uester. festiuissimus. heic cubo. hoc. unum. quidem. tandem sponte. dictum. uerum. est. si quis. dubitat. hancine. olfaciat. humum. olet temetum. &. florem. uini. ueteris. quofatur. satis. iuuenis. hausi. at. si. uexi uitam. tam. uobis. gratam. quam. notam. urbi. &. orbi. non. minus. munus.

Orthographiæ

nus. hoc. a. uobis. impetrem. oportet
adeste. mihi. &. fauete. edictoque. huic
uos. subscribite. &. obsignate. si. quis
sibi. uesicam. onustam. senserit. do-
mum. suam. onus. hoc. reportet. in
cloacam. si. uero. festinus. fuerit. ci-
terior. uel. ulterior. hoc. loco. pro
religione. se. euacuet. qui. non pa-
truerit. hæc. multa. illi. esto. teste. al-
tero. ut. careat. canes. quoque. casi
fustibus. edictum. hoc. sentiant. affui-
stis. fauistis. &. obsignastis. teneo. quo
modo. risum. uobis. dare. sitio. hui
sentio. dictum. uolui. esse. sed. quid
hoc. est? quod. tam. familiariter. istuc
procedit. ueritas? profecto. contagi-
one. mei. sifit. ipsa. quoque. &. mihi
supparasitatur. quae. ultro. potum. in-
uocata. aduenit. nunc. si. urbani. per-
hiberi. uultis. &. ueritati. supparasi-
tanti. &. aren̄i. meo. cineri. cantha-
ro. piaculum. uinarium. festinate. post
ualete. abite. in. rem. uestram. uiato-
res. optumi. his. nugis. ambagibus
condonati. postumis.

Vide etiam, I M M O.

CNAEVIS, prænomen, cum c, & ae diphthon-
go.

go. Festus, & Græca consuetudo. quam
quam Diomedes, Priscianus, & Diaconus a-
liter sentiant: quos refellunt antiqua monu-
mēta.

COCC E I V S, dupli c. lapides. uide,
SALLVSTIVS.

COELIVS, cum oe. libri, & duo nummi argen-
tei Andreæ Lauretani, in quibus est, C. COE-
LIVS. CALDV S. et aliis Matthæi Forerij,
itidem inscriptus: & lapides.

M. COE LIO

DIONYSIO. LECTORI

PATRI. OPTIMO

C. COELIVS. SECUNDVS

Vide etiam, SAECVLVM.

COEP I, cum oe, pro incepi, ab antiquo uerbo
Cæpio. Festus, libri, et lapides. uide, CON-
SVMO.

COLLEG A, non conlega, auriū sensu cōprobāte.

COMISSATIO, unica m, & duplicit, ex Fe-
sti sententia, qui deducit a uicis, quos Græci
κώμας

Orthographiæ

χώμας, dicunt, unde *χωμάζω*. sunt qui scribant
comessatio, contra omnem antiquitatem. Qui
dam libri ueteres Commisatio, contra Fe-
stum, & Græcam etymologiam. non nulli li-
bri Commissatio: a quibus, eadem cauſa, dis-
ſentio.

C O M P R E H E N D O, sine diphthongo, ex Ter-
rentio Scauro, ueteri grammatico, contra ue-
teres aliquot libros. corripitur enim in secun-
da syllaba apud poetas.

C O N D I C I O, non conditio, ex antiquis libris.

C O N D E M N O, non condempno, ex antiquis
aliquot libris. condempno enim, ineptum,
nimisq. absurdum uidetur.

C O N I V X, non coniunx: libri, & lapides.

D.

M.

Ne. quis. flere. uelit. si. tumulum. ac. titulu
Viderit. exstructum. sic. fatum. uoluit
Vixi. dum. potui. tempore. quo. licuit
Ignis. habet. corpus. ipsam. caelum. anima
Vexi. aqua. porti. meus. terra. hic. habet
ac. cineres
Ignis. aqua. terra. caelum. simul. capiunt
Si.

Si. nomen. quaeris. quam. liber. rapuit
 Digna. Ariadna. Polo. nobile. sidus. ero
 Amoque. ego. nec. casta. cessit. Penelope
 Alcesti. comes. aemula. mors. placuit
 Saluos. erit. coniux. maior. erit. tumulus
 Terdenos. annos. menses. undecim. post
 Diuisos. fatis. ter. sex. uixi. dies
 Annos. bisseptē. uirgo. ago. sed. reliquos
 Coniuge. Alexandro. Sosia. cum. Sosio
 Iungit. carus. amor. diuidet. ipsa. mors.

Vide etiam, ARRVENTVS, PVBLICIVS, SAECVLVM.

CONSIDER O , cum i , non cum y : quia lati-
 num est , non græcū : & ita ueteres scribebant.

CONS VMO , consumis , unica m , contra libros
 aliquot ueteres . nemo enim dici negabit in præ-
 terito , unica m , consumpsi . et consumo , con-
 sumas , item unica m : ut patet ex hoc lapide .

IMP. CAES. T. AELIUS. HADRIANVS
 ANTONINVS. AVG. PIVS. COS. III
 TRIB. POT. III. IMP. II. P. P
 AQVAE. DVCTVM. NOVI. ATHENIS
 COEPTVM. A. DIVO. HADRIANO
 PATRE. SVO. CONSVMavit
 DEDICAVIT. Q. VR

Orthographiæ

CONCIO, cū c, quis dubitat scribendum esse? cū sit, ut ait Festus, quasi conuocatio: ut à uerbo conciere deductum esse uideatur. hoc notaui, ne quis moueat, si quando in ueteribus monumentis uiderit, **C**ONTIO.

CONVICIVM, cum c, ex antiquis libris, et Festo, quasi conuocium: uel a uicis, in quibus prius habitatum est: uel fortasse ab utroque, id est a confusis uocibus in uicis.

CORVNCANIVS, non Coruncanus. libri, lapides Capitolini, & Græca consuetudo.

CVNCTARI, non contari. ex Festo, qui, a Verrio dissentiens, percunctatio scribi uult, non percontatio: quod is, qui curiose quid interroget, percuncta uisit.

D

DAMARATVS, non Demaratus, prænomen patris Tarquinij Prisci, V. Romanorum regis. lapides Capitolini, & alij.

DECVLA, non Decola, cognomen Tulliorum. libri, & lapides Capitolini.

DEFINITIO, scriberem libentius, quam difinitio, assentientibus Pandectis Florentinis.

D E L I C I A E, cum c, a *delicatus*. *Festus*, & libri.

D E L E C T V S, contra libros aliquot ueteres, multo scripserim libentius, quam dilectus, a uerbo deligo, quod componitur ex de, & lego, quasi de multis lego: ut decerpo, de multis car po: et si *Festus* aliter sensisse uideatur, cum dixit: *Dilectus militum*, & is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.

D E M I N V O, non diminuo. *Festus*, & libri.

D E S I D E R O, cum i, non cum y: latinum enim est: nec aliter ueteres scripsisse video.

D O L A B E L L A, non *Dolobella*, cognomen Corneliorum. libri ueteres, & etymologia: uenit enim a dolabra per diminutionem; & lapides Capitolini, & alijs.

D O M I T I V S, cum t. libri; lapides Capitolini, & alijs: & nummus argenteus Andreæ Lautetani, in quo est, C. N. D O M I T I V S. A H E N O B A R B V S. et alijs Matthæi Forerij, itidē inscriptus. quattuor item argentei Rinaldi Odoni, sic inscripti, I M P. C A E S. D O M I T I A N V S. A V G. G E R M. R. P. V. II. & septem ærei eiusdem, sic a latere inscripti, C A E S A R. A V G. F. D O M I T I A N V S. C O S.

MILITS. ET. MAGISTRI. VTRIVSQ
MILITIAE. FL. STILICONIS. AD. PER-
PETVITATEM. NOMINIS. EORVM. SI-
MVLACHRA. CONSTITVIT. QVRAN-
TE. FL. MACROBIO. LONGINIANO
V. C. PRAEF. VRBIS. D. N. M. Q. EORVM

E H E V , non heu . libri ueteres .

EPISTOLA, non epistula , ut habent ueteres
aliquot libri , lapidesque , sicut & stola , a
Græco , επιστέλλειν .

Iura . uisundi . consecandi . susurrandi .
gestiundi . suttrudendi . salutandi .
confabulandi . precandi . perpetuo . in-
terdiu . futuariis . permissa . ex . me
sunto . ex . aede . foramine . horto . po-
stico . impluuiio . cuncta . hæc . commo-
da . nemio . homini . prohibento . fi-
dem . consilium . ferunto . seruanto .
auxilium . operamue . danto . sub . no-
tætu . uota . tractanto , permissa . iura-
menta . lamenta . admiscento . solici-
tanto . uerecundiam . timorem . admo-
uento . tristitiam . supremunto . tem-
pori . locoue . obsecundanto . occasio-
ni . ne . unquam . cedunto . internun-

C 3 tias



Orthographiæ

tias . epistolas . succudunto . his . spem
uoluntatem . exspectationem . necessi-
tatem . misericordiam . adlectanto . in-
serunto . fraude . ui . dolo . ostentatione
attemperate . utuntor . prudentiam
tacuitatem . habento . tenento . gesti-
unto . ex . Pathica . quidquam . sempi-
terne . quasi . stipem . et . pignus . capi-
unto . e ius . permisum . aduehunto . no-
uam . quaerunto . astuue . pompaue
grandi . animem . nobilem . infectan-
tor . notas . coniectarias . tectius . no-
uanto .

ET RVSCVS , sine adspiratione . libri , & lapi-
des Capitolini . & nummus argenteus Andreæ Lauretani , sic inscriptus , HER ET RV
SCILLA . AVG .

EXHODVS , cum adspiratione : quia componi-
tura Græco ὁδος : nec aliter libri ueteres .

EXSATIO , & exsatuero , recepta s , ratione
compositionis , & librorum , lapidumq . au-
toritate .

EXSCRIBO , non exscribo . est enim manifesta
compositio : & , quanquam s in pronuntian-
do

*do non satis intelligitur, abiicienda tamen in
scribendo non uidetur. libri, & lapides.*

EX S I L L O, uerbum, non exilio, recepta prima
uerbi littera. nam componitur ab ex et salio.

EX S O L V O, cum s, ratione compositionis.
lapides. Vide, POENA.

EX S P E C T O, cum s. componitur enim ab ex,
& specto, non pecto, quod aliud significat.
sic, libri lapides; Quintilianus, & Scaurus
grammaticus his uerbis; Cum expellatus, e-
xulet, sine s littera scribuntur, scribendi ra-
tio corrupta est: cum alioqui adiecta ea debent
scribi, quoniam similiter solum, spectatusq.
dicatur, & adiecta propositione, aliud esse il-
lis initium debeat. *Vide, EPISTOLA.*

EX S V L O, cum s, Scaurus, secutus, opinor,
analogiam. quia, exsul, dicitur, quasi ex so-
lo eiectus. libri, & lapides.

EX S V P E R O, quia componitur ab ex, & supe-
ro, & s, retinet antiqua scriptura. libri,
& lapides.

ab. ibi. sede. Itali. et. ut. suam. Longolam. non. Longobardulam. sed. cognomine. sui. ampliatoris. Tyrrheni. Terbum. uocent. et. sub. uno. muro. cingant. tria. oppida. Longolam. Vetuloniam. et. Tyrrheniam. uel Tyrrhenam. dictam. Hetruriam. totamq. urbem. nostra. adiectione. Viterbum. pronuntient. ut. de. Roda. et. ciuita Balneo. regium. dici. iussimus. permittimus. pecuniis. imprimi. F. A. V. L. sed. admoueri. Herculem. et. ponit. Sanctum. Laurentium. eorum. patrnum. ut. facit. Roma. et. Bononia. Iubemus. quoque. reparari. Cornientam. Dardanum. Assium. Foranium. Cornietum. et. Thuscanellum. nos enim. non. sumus. Thusciae. destrutores. ut. nos. apud. Gallos. accusat Hadrianus. Papa. nam. Thusciam. aedificauimus. a. fundamentis. uobis. quidem. Voltyrrhenis. Caluellum. uicum. Orchianam. Balneariam. Barbaranum. &. Gariofilum. Sentinatibus. autem Ausdonias. &. Rodacofanum. Vola-terriss. Rodacomalum. Lunæ. Sergianum. &. Petram. Sanctam. olim. fanum. Feronia. Phocensibus. Sanctum. Gemini-

Orthographiæ

minianum. & Miniatem. Faefulanis
oppidum. Munionis. in. quod. uagos
sparsos. Arinianos. &. Palantes. Flu-
entinos. collegimus. rursus. plures. an-
tiquas. nobiles. urbes. ampliauimus
&. muris. cinximus. ut. nunc. idem
agimus. circa. Lucam. Pistoriam. Are-
tium. orbitum. Hetruriam. nunc. Vi-
terbum. cuius. nomen. aut. a. nobis
constituta. decreta. siquis. uiolauerit
aut. capite. puniatur. aut. laqueo. stran-
guletur. hoc. itaque. non. est. Hetru-
riam. destruere. ut. nos. arguit. Ha-
drianus. qui. pacé. ultrō. a. nobis. ob-
latam. respuit. quare. tibi. Grimoalde
præfete. Viterbien. præcipimus. ut
quam. diu. pax. dubia. perseverat. iu-
beas. omnes. Thusciae. milites. para-
tos. esse. in. armis. &. commeatus. ac
stipendia. sine. auaritia. in. promptu
fac. habeas. ut. non. solum. hostibus
occurrere. sed. illos. inuadere.
ciues. non. grauabis
nouis. exactionibus.
ex. Papia. uenient.

FÆX, cum ae. libri ueteres.

Fannius,

FANNIUS, duplii nn, familia Romana. libri ueteres, & lapides Capitolini.

FECVNDS, sine diphthongo. libri, & lapides: nummiq. tres Rinaldi Odoni, alter argenteus, duo autem ærei, in quibus est, ab uno latere, FAVSTINA. AVGUSTA, ab altero uero, FECVNDA.

QVID. PROBINA. PROSVNT. FECVNDA. VISCERA. TIBI.
NIL. TE. DAMNA. NOCENT. COMMUNIS. FVNERA. LETI

FELIX, sine diphthongo. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij: & tres nummi argentei Andreæ Lauretani, unusq. Matthæi Forerij, sic omnes inscripti, FAVSTVS. FELIX. & ærei uiginti Rinaldi Odoni, quorum octo ab uno latere, IMP. GORDIANVS PIUS. FEL. AVG. ab altero uero, FELICITAS. TEMPORIS. Sex item eiusdem ab uno latere, CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II. ab altero autem, FELICITAS. PVBLICA. Sex item eiusdem, quorum alter ab uno laterè, MARCIANA. AVG. ab altero uero, FELICITAS SAECVLI. secundus ab uno latere, IVLIA PIA

Vide etiam, ANNAEVIS, HECATE, LAVINVS.

F E M I N A, sine diphthongo. *libri, et lapides.*

A N T I A E. F A L T O N I A E

I N L V S T R I S S I M A E. E T

S A N C T I S S I M A E. E T

C A S T I S S I M A E. F E M I N A E

H E R M O G E N I A N V S. O L Y B R I V S

V. C. C O N S V L. O R D I N A R I V S

E T. A N C I A. I V L I A N A. C. F

D. D

Vide etiam, PAEDVCEVS.

F E N V S, et feneror, sine diphthongo. *Festus.*
quanquam Varro scribit, ætate sua ab alijs cū
æ, ab alijs sine a scribi solitum. uidendus &
Gellius libro xvi. cap. xii. & Nonius. Hu
ius inconstantiæ signa sunt in antiquis libris:
cum alij, fenus, aliij, faenus, habeant:

F E S C E N I N V S, unica n. *Festus.*

F E T I A L E S, cum t. *Festus, Græca con*
suetudo, libri, & lapides.

P. COR-

Orthographiæ
P. CORNELIO. LENTVLO
SCIPIONI. COS. PRAEF
AERARI. LEGATO. TI
CAESARIS. AVG. LEG. LEG
VIII. HISPAN. PONTIFICI
FETIALI. D. D.

FETVS, sine diphthongo. Festus, & libri
ueteres.

FLAMEVS, color, unica m. Festus.

FLAMININV S, non Flaminius, ut in
multis libris, Quintiorum cognomen. Fe-
stus, libri, & lapides Capitolini.

FLAMINIV S, gentis Romanæ nomen,
unica m. Festus, libri, & lapides Capitolini.

FLAMM A, duplii mm. libri ueteres.

FOEDVS, cum oe. libri, & lapides.

I M P. C A E S A R I
L. SEPTIMIO. SEVERO
PIO. PERTINACI. AVG
ARABIC. ADIAB. PARTHICO
MAX. BRIT. MAX. TR. POT.

XIX. IMP. XII. COS. III. P. P.
CAELESTI. EIVS. INDVL-
GENTIA. IN. AETERNAM
SECVRITATEM. AT QVB
GLORIA M. IVRE. AE-
QVO. FOEDERIS. SIBI
CONFIRMATO
CAMERTES

FRENVM, sine diphthongo. libri ueteres.

FVFDIVS, non Fuffidius. libri, & lapides
Capitolini, et alij. Vide, CAERELLIVS.

GENVCIVS, cum c, familia Romana. libri,
lapides Capitolini, et alij.

GOTHI, populi, cum adspiratione. libri, &
lapides.

Imperante. D: N. Piissimo Iustiniano
P. P. Aug. anno. XXVIII.
Narses. vir. gloriofissimus. ex. præpo-
sito. sacri. Palatii. ex. conf. atque: pa-
tricius. post. uictoriam: Gothicam. ip-
sis. et. eorum. regibus. celeritate. mi-
ribili. conflictu. publico. superatis. at-
que. prostratis: libertate. urbis: Ro-
mae.

Orthographiæ

mix. ac. totius. Italiae. restituta: pontem: uiae. Salariae. usque: ad. aquam a. nefandissimo. Totila. tyranno. di- structum. purgato. fluminis. alueo. in- meliorem. statum: quam: quondam fuerat. renouauit. posuitq. carmina

Quam. bene. curbati. directa. est. se- mita. pontis

Atque. interruptum. continuatur. iter
Calcamus. rapidas. subiecti. gurgitis undas

Et. libet. iratae. cernere. murinur. aquae
Ite. igitur. faciles. per. gaudia. uestra
Quirites.

Et. Narsin. resonans. plausus: ubiq. canat
Qui. potuit. rigidas. Gothorum. subde- re. nientes

Hic. potuit. durum. flumina. ferre. iugum

H

HADRIANVS, & Hadriæ, cum adspiratione.
Pontanus, libri ueteres Latini, contra Græ-
cos, qui adspirationem abiiciunt: & tredecim
antiqui nummi Andreæ Lauretani, qui sic o-
mnes habent, **HADRIANVS. AVG.** et duo
argentei Rinaldi Odoni, itidem inscripti: quat-
tuor

tuore eiusdem, HADRIANVS. AVG. COS. III. PP: *tres eiusdem*, IMP. CAESAR TRAIAN. F. HADRIANVS. AVG. *alter eiusdem*, IMP. CAESAR. HADRIANVS. TRAIANVS. AVG. & *septem ærei eiusdem*, HADRIANVS. AVG. COS. III PP: & *triginta tres eiusdem*, IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG & *duo eiusdem*, SABINA. AVGUSTA HADRIANI. AVG. F. *et meus in quo est*, IMP. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG *lapidesq. uide*, AVCTOR, BAETHICA, CONSVMO, PLAETORIVS.

HAEDI, cum ae. ex antiquis libris.

HALICARNASSVS, gemina ff. Græca con-suetudo.

HANNIBAL, cum adspiratione. ex libris antiquissimis Latinis. Græci enim, ut antea di-xi, adspirationem reiecerunt. lapides.

Q. F. Maximus. dictator. des. cos. v. cen-sor. interrex. ii. aed. cur. Q. II. TR. M. II. pontifex. augur. primo. consulatu Ligures. subegit. ex. iis. triumphauit tertio. &. quarto Hannibalem. com-

HELVO, cum adspiratione, & unica l. Festus.

HERENNIVS, duplicitinn. lapides Capitolini,
& duo nummi argentei Andreæ Lauretani,
quorum alter, M. HERENN. alter, HE-
RENNIA. ETRVSCILLA. AVG.

HERES, & hereditas, sine diphthongo. li-
bri, Festus, & lapides.

C. NAEVIVS. CL. DROMO. ET. NAE-
VIA. CL. PHILVMINA. DVM. LI-
CVIT. SVAVITER. FRVCTI. SVNT
ANNOS. LV. MONVMENTVM. HERE-
DEM. NON. SEQVETVR. NEI. QVIS
EO. ROSTRA. INFERATVR

HIBERNVM, cum i. libri ueteres.

HIEMS, cum i. libri ueteres, & etymologia. de-
ducitur enim, ut ait Pontanus in libello de ad-
spiratione, ab hiendo.

HIRTIUS, cum t. libri, Græca consuetudo, &
lapides: contra eorum opinionem, qui dedu-
cunt ab hirco.

Romæ in hortis Colotianis.

Orthographiæ

C. VIBIVS. C. F. PANSA.

A. HIRTIUS. A. F.

HVMILLIMVS, gemina ll, ut syllaba producat
tur, sicut in Facillimus, Simillimus, de quibus
suo loco. Nec aliter ueteres scripsisse uideo.

HYPSAEVS, cum adspiratione libri uete-
res, & nummus argenteus egregij uiri, Io.
Andrea Aueroldi, in quo est, HYPSAE
AED. CVR. C. HYPSAE. PREIV
& alius Aloysii Mondellæ, qui sic habet, P
HYPSAE. AED. CVR. & alius Alexan-
dri Toti, sic inscriptus, P. HYPSAEVS
AED. CVR. C. HYPSAEVS. COS
PREIVE. CAPTV.

I

IAPVDES, populi, Istrij finitimi, non Iapides,
Capitolini triumphi, & Græca consuetudo.

IDAEA, cum ae scribo, epithetum matris
magnæ deum. lapides. uide, CETERA.
Idea uero sine diphthongo, cum est id, quod
mente concipimus.

Iccirco

I C C I R C O, non idcirco, scripserim libenter, quemadmodum &, accedo, accipio, accommodo, accumulo, & similia: quo lenior pronuntiatio sit.

I L L I C, non illhic. libri, & lapides. uide,
L I T V S.

I L L V S T R I S, malo, quam inlustris; ut illectus, quam inlectus; illudo, quam inludo. cur enim non consulatur auribus? quarum esse iudicium superbissimum, dixit Cicero in Oratione. ut omittam, Scaurum ueterem grammaticum, idem sensisse.

I M B E R, sine adspiratione. Festus.

I M M O, duplii mm. libri, & lapides. uide,
C L O A C A.

I M P E R I O S S V S, geminassis. lapides Capitolini.

I N C E S T V S, sine diphthongo, a Græco, ἀνήκεσον. Festus, & Q. Papirius grammaticus, qui deducunt ab in & castus, a in e mutata.

I N C H O O, malim, quam, incobo: in quo
D 3 sequar,

Orthographiæ

sequor Festum, cuius ego iudicium magnifico, & Terentium Scaurum; qui a chaos deducunt: postremo Seruum, cuius haec sunt uerba lib. 111. Georg. Apud Latinos nullum uerbum est, quod ante o finalem habeat o, excepto inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, adspirationem interpolentes duabus uocalibus, & dicebant, inchoo. tria enim habebant nomina, in quibus litteram sequeretur adspiratione, sepulchrum, orchus, pulcher: e quibus pulcher tantum hodie recipit adspirationem. Quibus uerbis, quæ planissima sunt, mutatam scribendi consuetudinem significat, & inchoo exclusum, inchoo receptum. Aliter & Pontanum, & Georgium Vallam libro xxxii. expendorum, & fugiendorum sensisse video: quibus trium antiquorum, quos nominaui, auctoritatem antepono.

INCREBESCO dixerim; & increbuit in præterito; non increbresco, & increbruit. sequor enim similitudinem. nullum enim uerbum huic similius est, quam erubesco, quod facit erubuit in præterito: ut enim a ruber, fit rubeo, rubes; & a rubes, addita co, fit rubeasco: sic a creber deductum est inusitatum hodie uerbum, crebeo crebes; unde factum est crebesco

crebesco & increbesco . non enim me mouent
nigresco , & macresco : deducuntur enim a
nigreo , & macroo : cum rubesco a rubeo , &
crebesco , a crebco : nemo autem negat dici ,
erubesco , & erubuit : nemini igitur dubium
esse debet , quin similiter dicatur , increbesco ;
& increbuit : cum , ut a ruber , rubeo , rubeo-
sco ; sic a creber , cr̄beo , crebesco , deducan-
tur . malo enim comparationem facere inter si
millima , & a simillimis deducta , cuiusmodi
sunt hæc duo uerba , deriuata a nominibus de-
sinentibus in ber , quam inter ea , que paul-
lo distant longius : qualia sunt , nigreo , &
macroo , si cum increbesco comparentur . ideo
enim recipiunt r : quia reperitur in his uerbis
unde deducuntur : quam litteram non uide-
mus esse in alijs uerbis desinentibus in sco :
ut pallesco , & acesco , que deducuntur a
palleo, palles; & aceo, aces, inusitato uerbo.

I N D U T I A E , cum t , quasi inductæ , scri-
bendum puto . Gellius etiam cum t scriben-
dum existimauit , cuius hæc sunt uerba li-
bro i . cap . xxv . Ex multis , que iam audi-
uimus , uel legimus , probabilius id , quod di-
cam , uidetur . Indutias sic dictas arbitramur ,
quasi tu dicas , inde uti iam . pactum indutia-
rum eiusmodi est , ut in diem certum non pu-

D 4 gnetur ,

Orthographiæ

gnetur, nihilq. incommodi detur; sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. quod dicitur dies certus præfinitus, pactumq. fit, ut ante eum diem ne pugnetur; atque, is dies ubi uenit, inde uti iam pugnetur: siccirco ex ijs, quibus dixi, uocibus, quasi per quendam coitum, & copulam, nomen indutiarū connexum est. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos, Musarum, inscripsit, Induciae, inquit, dicuntur, cum hostes intersese, utrinque utroque, alteri ad alteros impune, & sine pugna ineunt. inde ab eo, inquit, nomen esse factum uidetur, quasi initus, atque in troitus.

INFITOR, cum t. Festus, & libri ueteres.

IN primis, malo, quam imprimis, aut aliter: ut differat a secunda persona uerbi improto: cum n ante p in m mutetur.

INTERVNNDINIVM, non internundinū Vi
ctorinus Aſcr grammaticus scribendum præcipit, cuius hæc sunt uerba: Internundinium scribendum. ut enim, interlunium, & tri-noctium: ita internundinium, quod nouem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit.

Irritare,

I R R I T A R E , irgeminata : quod uerbum , ut
ait Donatus , a canibus esse deductum , qui ,
restrictis dentibus , r litteram imitantur . li-
bri ueteres .

I S T I C , non iſthic . libri ueteres , & lapides .
guide , C L O A C A .

I V C V N D V S , non iocundus . pluris enim apud
nos est Ciceronis auctoritas , quam omnes &
lapides , & grammatici . quamuis potest & a
ioco deduci . Is igitur sic libro II . de Finibus :
Hanc iucunditatem transfer in animum . iu-
uare enim in utroque dicitur , ex eoq . iucundū .

I V P I T E R , unica p . libri , & nummus argen-
teus Andreæ Lauretani , sic inscriptus , I V-
P I T E R . C V S T O S .

I V R I S C O N S U L T V S , & iureconsultus pari-
ter dicerem . plerisque placet , iureconsultus .

I V R I S D I C T I O , quid sit , ipsa compositio de-
clarat . nam quod iurisconsulti quidam recen-
tores , Latinæ expertes elegantiæ , distin-
guunt iurisdictio , & iurisditio , inepte faciunt :
cum iurisditio , inusitatum apud ueteres uer-
bum sit .

Inuen-

Orthographiæ

IVVENTIVS, familia Romana. lapides Capitolini, & alij.

K

KAESO, cum k, ex lapidibus Capitoliniis: & cum diphthongo, ex Feſto. prænomen fuit Fabiorum, Quinctiorum, Atiliorum.

KALENDÆ, cum k. lapides Capitolini, & libri ueteres: præterea Seruius Honoratus, Tarentius Scaurus, & Victorinus Afer.

L

LACRYMAE, ſinc adſpiratione, & cum y: ut a Græco δάκρυον deducatur. quod etiam libri, & lapides confirmant, in quibus eſt, lacrymae, u pro y usurpata: ut in Sulla, pro Sylla. Prisci tamen Romani, lachrumæ, cum adſpiratione dicebant, ut ait Gellius lib. II. cap. IIII. & Cicero in Oratore.

ASPICTE. O. CIVES. SENIS. ENNI
IMAGINIS. FORMAM
HIC. VOSTRVM. PANXIT. MAXIMA
FACTA. PATRVM
NEMO. ME. LACRVMIS. DECORET
NEQVE. FVNERA. FLETV

FAXIT. CVR. VOLITO. VIVVS. PER
ORA. VIRVM.

LAECA, cum ae, Porciæ gentis cognomen: libri ueteres, & nummus argenteus Antonij Augustini, uiri doctissimi, Episcopi Allifani, in quo est, M. PORCIUS. LAECA. & alius ornatissimi, & eruditissimi iuuenis, Francisci Molini, itidem inscriptus.

LAELIUS, familia Romana, cum ae diphthon go. lapides Capitolini.

LAENA, cum ae, genus uestimenti. Festus, Nonius, & libri ueteres.

LAENAS, cum ae, Popilliorum cognomen. lapides Capitolini.

LAETORIUS, cum ae, familia Romana. libri ueteres. est & Plætorius, alia familia.

LAEVA, cum ae. Festus.

LAEVINVS, cum ae, cognomen Valeriæ gentis. libri ueteres.

LANVINVS. libri, & lapides.

Orthographiæ

M. Aur. Aug. lib. Agillo . septemtrioni
Pantomimo. sui. temporis. Sacerdoti
Synhodi. Apollinis. Parasito. Alumno
Faustinæ. Aug. producto. ab. Imp. M
Aurel. Commodo. Antonino. Pio. Feli-
ce. Augusto. ornamentis. decurionat
decreto. ordinis. exornato. &. allecto
inter. iuuenes. S. P. Q. R. Lanuinus.

LAPICIDINA , malim scribere , quam lapidi-
cina , cum a cædendis lapidibus dicatur : etsi in
Festo , lapidicina , scriptum uideo .

LEAENA , cum ae diphthongo , a Græco
λέαινα .

LETVM sine diphthongo , & sine adspiratione .
placet enim Prisciani sententia , qui deducit a
leo , les , quo ueteres utebantur pro deleo ,
quod omnia mors deleat . Appuleius quidam
grammaticus deducit a luo , ideoq. scribi uult
cum ae diphthongo : quod mihi non persua-
det . Varro , & Festus a Græco λίθος , deri-
uatum putant . quod si ita est , cum adspiratio-
ne scribi debuit , quam in antiquissimis libris
non dum uidi : ideoq. Prisciani opinionem li-
benter sequor , assentientibus lapidibus . uide ,
FECUNDVS .

Ligurrio ,

LIGVRRI^O, dupli^ci rr. libri ueteres.

LIGVS, non Ligur, cognomen Aeliæ gentis.
lapides Capitolini.

LITVS, unica t, Pierius ait scribendum, ex antiquis libris, & ex analogia, cum dēducatur alido, siue lino, & ex lapidibus.

Iam. datus . est . finis . uitae. iam . pauffa malorum

Vobis . quas . habet . hoc . gnatam . matremq. sepulcrum

Litore. Phocaico. pelagi. ui. exanimatas Illic. unde. Tagus. &. nobile. flumen Hiberus

Vorsum : ortus . uorsum . occasus . fuit alter . & alter

Stagna . sub . Oceani . Tagus . & . Tyr- rhenica . Hiberus

Sic . etenim . duxere : olim . primordia parcae

Vide & sequentem dictiōnem.

LITTERAE , dupli^ci tt. libri ueteres, Pande- Etæ Florentinæ , & lapides .

Tu. quae. Tarpeio.coleris.uicina.tonanti
Voto-

Orthographiæ

Votorū. uindex. semper. fortuna. meorū
Accipe. quae. pietas. ponit. siue. dona
merenti

Effigiem. nostri. conseruatiua. parentis.

Cuius. ne. taceat. memorandum. littera. nomen

Cæsius. hic. idēq. Titus primusq. uocatur

Qui. largae. Cereris. messes. fruiturq
renatos

Digerit. in. pretiū. cui. cōstat. fama. fidesq

Aequi. diuitias. nequit. pudor. ire. per. altos

Consuetus. portus. cura. studioq. laboris

Litora. qui. praestat. fessis. tutissima
nautis

Notus. in. urbe. sacra. notus. quoq. fi-
nibus. illis

Quos. umber. solcare. solet. quos. Tu-
scus. arator

Omnibūs. hic. annis. uotorū. more. suorū

Centenas. adiicit. numero. crescente
coronas

Fortunae. simulachra. colens. &. Apol-
linis. aras

Arcanumq. . . . quorū. cōsentit. in. illo

Maiestas. longae. promittēs. tēpora. uitac

Accipe. posteritas. quod. per. tua. sae-
cula. narres

Hoc. posuit. donum. quod. nec. sen-
tentia.

tentia. mortis

Viuere. nec. posuit. fatorum. summa
potestas

Sed. populi. saluo. semper. rumore. ma-
nebit

LVCCEIVS, dupli*c. libri*, & lapides.

L. L V C C E I O. L. F. T E R
HIBERO

IIVIRO. ITER. Q.Q. PATRONO
SACERDOTI. SACROR. SAVADIOR
CVR. R. P. INTERAMNAT. LIRIN
E ORVND: ET. PATRONO
I V D I C I. S E L E C T O
CASSINATES.PVBL.OB.MERITA.EIVS

D. I. C. D.

LUCILIVS, unica l. libri ueteres.

LUSCINVIS, non *Luscinius*, ex *Plinio lib. xi.*
cap. xxxvii. & ex fastis Capitoliniis.

LVTATIVS, non *Luctatius*, aut *Luttatius*, fa-
milia Romana. lapides Capitolini, & num-
mus argenteus Andreæ Lauretani, & alias
Alexandri Toti, sic inscripti, L. LYTAT.

M

MV, pro *Manius*, ueteres scribebant. prænomen
est,

Orthographiæ

est, a mane deductum, ut a luce, *Lucius*: quo
usi sunt *Valerij*, *Curij*, *Aemilij*, *Aquillij*,
Otacilij, *Pomponij*, *Iuuentij*, *Manilij*. num
mii duo argentei, alter *Lauretani*, alter *Odo-
ni*, in quibus, M'. **ACILIVS.** **IIIVIDR**
VALETV. & duo alij, alter *Odoni*, alter
uero *Molini*, sic inscripti, M'. **CORDIVS.**

MAECENAS, *Cinciorum cognomen*, cum ae
in prima syllaba. *Græca consuetudo*, & lapides.

PERMISSV. C

MAECENATIS

MAECIVS, cum c. libri, & lapides.

M. Maecio. Memmio. Furio. Dalburio
Caeciliano. Placido. v. c. Pontifici
maiori. auguri. publico. pr. Quiri-
tium. xv uiro. sacris. faciundis

MAENIVS, cum ae diphthongo. libri, Fe-
stus, & lapides *Capitolini*.

MAEREO, triſtor, cum ae. deducitur enim a
marceo, teste *Varrone*: quod antiqui libri con-
firmant.

MAESIVS, cum ae. libri, & lapides.

L. Maesio.

L. Maesio. L. F. Pol. Rufo. proc. Aug.
trib. mil. leg. x v. Apollinaris. trib. con.
mil. Ital. uolunt. quaeſt. in Syria
praef. Fabrum

M A L L E O L V S , gemina ll , cognomen Tu-
bliciorum. lapides Capitolini , et alij . uide ,
CLOACA .

M A N I L I V S , familia R , lapides Capitolini .

M A N L I V S . lapides Capitolini , et alij . uide ,
S I L V A N V S .

M A L L I V S , duplicit ll . libri , & lapides .

Ab. Colonia. deducta. anno. xc. N. Fu-
fidio. N. F. M. Pullio. duo. uir. P. Ru-
tilio. Cn. Mallio. cos. operum. lex. ii

M A R C I V S , non Martius , familia . lapi-
des Capitolini , & alij . uide , A R R V N T I V S ,
C A E R E L L I V S , C A T I V S , C A R V S :
& duo nūmi argentei Andreæ Lauretani , sic
inscripti , M A R C I A . O T A C I L . S E-
V E R A . A V G . & alius Alexandri Toti , in
quo eſt , Q . M A R C . L I B O . & alter
areus Rinaldi Odoni , qui ſic habet ab uno late

E re

Orthographiæ

re, MARCIANA. AVGVSTA. ab altero uero, FELICITAS. SAECVLII. et, Marcianus uates, in antiquis libris semper cum c. Nam, quod Cicero in oratione pro Balbo scripsit, Veturam illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiore Marte duxerunt: in eo ad pronuntiandi potius, quam ad scribendi consuetudinem spectauit: cum inter Marcianum, & Martem similitudo quædam sit, & quasi à Marte Marcianum deductum esse videatur: cum, re uera, a Marcus, Marcianus derivatum sit, ut a Quinto, Quintilius; a Tito, Titius; a Manio Manilius: & alia nomina non pauca, a prænominibus deducta.

MATHO, non Mato, Pomponiorum cognomen. lapides Capitolini.

MEMMIUS, duplii mm. libri, & lapides. uide MAECIUS. Et nummi argentei duo Andreæ Lauretani, quorum alter, C. MEMMIUS. IMP. alter uero, C. MEMMIUS. C. F. QVIRINVS. MEMMIUS. AED. CERIALIA, PREIMVS. FECIT. & duo aliij Aloysijs Mondellæ, in quibus est, L. MEMMIUS. GAL. item duo Matthei Forerij, & Ioannis Marie sculptoris, itidem inscripti.

Messalla,

MESSALLA, geminall, cognomen *Veneriorum*, a *Messana* urbe capta. *Macrobius lib. i.*
Saturn. & lapides *Capitolini*.

METIVS, unica t, ex *Horatij arte Poetica*.
Mettius autem, duplicitt, ex nummo argenteo Rinaldi Odoni, sic inscripto, METTIVS.

MINVCIVS; cum c, familia *Romana*. lapides *Capitolini*, et alij. uide, *HANNIBAL*. suffragatur & *Græca consuetudo*, nummusq. argenteus *Aloysij Mondellæ*, sic inscriptus,
MINVCI. C. F. ARGVRINI.

MISTVS, non mixtus, a themate misceo, miscui, mistum, ex *Prisciano*: nec desunt veterum librorum exempla.

MOEC H O R, cum oe. libri, & *Græca consuetudo*.

MOESIA, prouincia, cum oe. lapides. uide,
A C C I V S.

MONUMENTVM, non monimentum, ut documentum, emolumentuui. libri, & lapides. uide, *HERES, TVSCIA*.

Orthographiæ

MVCIVS, non Mutius, lapides Capitolini, et
Græca consuetudo.

MVLTA, an mulēta scribendum sit, si etymo-
logiam sequimur, obscurum: cum, ut ait Gel-
lius, Sabinum uerbum sit: ego assentior do-
ctissimis uiris, qui Multa, libentius quam
Mulēta, scribunt: cum quibus consentiunt li-
bri ueteres, & lapides. uide, CLOACA.

MVMMIVS, familia Romana, gemina mm.
lapides Capitolini.

MVNATIVS, cū t, familia Romana. libri, la-
pides Capitolini, et alij. uide, BRITANNIA.

MVRENA, sine diphthongo, cognomen Lici-
niæ gentis. libri ueteres, Græca consuetudo,
& lapides Capitolini.

N

NAEVIVS, cum ae. libri, & lapides. uide,
HERES.

NAVTIUS, cum t, familia Romana. lipides
Capitolini.

Ne

NE dum , separatim scribo . quia , sicut nō multi , nō nulli , & non nihil , separatim scribimus , sic reliqua uidentur scribenda , non nunquam , nihil dum , non dum , nec dum , ne dum .

NE F A S , & similia , cum f. lapides . uide ,
GOTHI .

NEGLIGO , placet , non , ut in antiquis plerisque libris , neglego , aut , neclego . dicimus enim , colligo , deligo , & similia .

NEGOTIUM , cum t. componitur enim ab o-
tium . libri , & lapides .

C I V I V M . R O M A N O R V M
Q VI . MITYLENIS . NEGOTIANTVR
M . TITIO . M . F . PROCOS . P R A E P
C L A S S I S . C O S . D E S I G . P A T R O N O
H O N O R I S . C A V S S A

NON dum , disiunctum scriberem . quod significare uidetur Cicero in proæmio librorum de inuentione , his uerbis : Non dum diuinæ religionis , non humani officij ratio colebatur .

NV M M V S , duplici mm . libri ueteres , & prologus Plautinæ fabulæ Trinummus .

Orthographiæ
NVNTIVS, cum t. libri, & Festus.

O

O B S C E N V S , sine diphthongo. deducitur enim
a scena , quam Græci σκηνή .

O N V S , sine adspiratione . libri ueteres : quan-
quam non nulli libri , bonus cum h : & Var-
ro dictum putat , honos , ab honesto honore ; et
honestus , quia honeratus . Pontanus , & Gel-
lius lib. II . cap. IIII . cum h scribendum cen-
suerunt . in hoc lapides sequor , & consuetu-
dinem , cui seruire Orthographiam , Quintili-
anus lib. I . instit. orat . sic scriptum reliquit :
Orthographia consuetudini seruit : ideoq . sæpe
mutata est . Et Victorinus Afer in libello de
Orthogr. sic : Antiquitatem posterior consue-
tudo uincit . Vide , CLOACA .

O P O R T E T , unica p. libri ueteres .

O P O R T V N E , unica p. Festus , & libri ueteres .

O P P E R I O R , duplii pp. Festus , & libri .

O S T I V M , sine adspiratione . libri ueteres .

O tacilius

OTACILIUS, non Ottacilius, aut Octacilius,
familia Romana. lapides Capitolini, & duo
nummi argentei Andreæ Lauretani, aliusque
æreus Rinaldi Odoni, sic inscripti, MARCIA.

OTACIL. SEVERA. AVG.

OTIVM, cum t. libri ueteres, & Q. Papirius
grammaticus plane his uerbis: In his syllabis
sonus litteræ z immixtus inueniri tantum po-
test, quæ constant t & i, & eas sequitur no-
calis quælibet, ut Tatius, otia, iustitia, & si-
milia. Cuius ego sententiam sequor libentius,
quàm eorum, qui, Induciae, & ocium, cum
scribunt, Donati auctoritate adducti. cum
enim scripsisse dicunt, Induciae, quòd inde oci-
um. quod non affirmo. potuit enim et, Indutiae,
quòd inde otium. quod sententiam meam con-
firmare uideretur.

P

PAEDVCEVS, scribo, non Peduceus, aut Pe-
duceius. lapides.

MEMORIAE.CLA.FEM.L.PEDVCEAE
IVLIANAE. MORIB. NATAL. AC. PVP
PRISCIS. IN LVSTribVS. QVE. FE-
MI. COMPARANDA. QVAE. VIXIT
E 4 AN-

Orthographiæ

ANNOS. XIII. D. XLVII. CVM
MARITO. FECIT. ME. V. D. XX
L. NONIUS. VER.

PAENE, profere, cum ae, & sine accentu. libri ueteres, & lapides omnes. eiusmodi sunt, fere, sanc, ferme, profecto, & similia, quæ sine accentu, ex antiqua consuetudine, scribo.

PAENITAT, cum ae. libri ueteres.

PAENVRIA, cum ae. libri ueteres, & analogia, quòd pæne urat.

PAPIRIVS, non Papyrius. lapides Capitolini.

PAPVS, unica p, cognomen Aemiliorum. lapides Capitolini.

PARICIDA, unica r. libri ueteres.

PARILIA, & Palilia, dicitur, a Pale, pastorum dea, lin r mutata: ut Clustumina tribus, & Crustumina. Victorinus Afer, Palilia, dicendum negat, & a pario deducit. quem sequor, assentiente etiam x alendario uetere Romano, cum patris epistolis impresso.

Pa-

PATRICIVS, cum c. libri, Græca consuetudo,
& lapides.

Cn. Domitio. Sex. F. Afro. Titio. Marcello. Curino. Lucano. cos. pro. cos. prouinciae. Africæ. legato. eiusdem prouinciae. T. ui. fratr. sui. septemuiro. Epulonum. praetori. legato. prouinciae. Afr. Imp. Caesar. Aug. praef auxiliorum. omnium. aduersus. Germanos. donato. ab. Imp. Vespasiano Aug. &. T. Cæsare. Aug. F. coronis murali. uallari. aureis. hætis. puris 111. uexillis. 11. adlecto. inter. patricios. praetori. tr. pl. quaest. pro. praet prouinciae. Afric. mil. leg. v. Claud 1111uir. uiarum. curandarum. patrono

PAVLLVM, & paullulum, ll geminata, ut sensit Terentius Scaurus in libello de Orthographia, cuius hæc sunt uerba: Sine dubio peccant, qui, paulum, & paululum, per unum l scribunt, cum alioqui prima positio eius duplii hæc littera enuntietur, pollum, & possilum. Ego, paullum a parum deductum puto, per diminutionem. libri, & lapides.

HOSPES. QVOD. DEICO. PAVLLVM
EST. ASTA. AC. PELLICE

Orthographiæ

PAVLLVS, ll geminata, cognomen Aemiliae gentis. lapides Capitolini, & alij. uide, ANNAEVS. et nummus argenteus Andreæ Lau retani, & alius Aloysii Mondellæ, in quibus est, PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA. PAVLLVS. TER.

PEDIVS, non Pædius, familia Romana. libri, poetæ, lapides Capitolini, & alij.

PENITVS, non pænitus, ut video scriptum esse in quibusdam antiquis libris. poetæ enim primam corripiunt.

PENNVS, duplii nn, cognomen Iuliæ gentis. libri ueteres, & lapides Capitolini.

PERPERNA, non Perpenna, cognomen familiæ Romanæ. lapides Capitolini, & alij.

D I S. M A N I B V S

SEXTI. PERPERNAE

FIRMI

VIXI. Q V E M A D M O D V M. VOLVI

Q V A R E. M O R T V V S

SIM. NESCIO

PETILLIVS, ll geminata, familia Romana. lapi-

lapides Capitolini, & nummi duo argentei An
dere Lauretani, aliusq. Rinaldi Odoni, sic in-
scripti, L. PETILLIUS. CAPITO-
LINVS.

PETTIVS, dupli^c tt. lapides.

N. PETTIO. N. F
GAL. RVFO
IIVIRO. Q. ALIMENT
CVR. PEC. PVBLICAE
CVRATORI. FRVMENT
CVLTORES. IOVIS
OB. MERITA. EIVS
L. D. D. D

PIRAEVS, cum ae diphthongo in secunda syl
laba. Græca consuetudo.

PLAETORIVS, cum ae, familia Romana. li-
bri, et lapides.

IOVI. CONSERVATORI. ET. IVNO-
NI. SANCTAE. SACRVM
C. PLAETORIVS. C. F. STEL. PHOE-
BVS. VIVIR. AVGVSTAL
SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIA-
NAL. IIIIVIR. QVINQVEN

PA-

Orthographiæ

PATR. IVVEN. TREBVL. MVTVST
VOT. SOL. LIB. MER

item quattuor nummi argentei Andreæ Lau-
retani, quorum alter, M. PLAETORIVS
CEST. IMP. secundus, M. PLAETORIVS
AED. CVR. EX. S.C. tertius, M. PLAETO
RIVS. CEST. EX. S.C. quartus, et ultimus,
M. PLAETORIVS. M. F. AED. CVR.
et
alias Matthæi Forerij, cum ijsdem litteris.

PLANCIANVS, cum c, deductum a Plancia
gente. nummus argenteus Andreæ Laureta-
ni, sic inscriptus, C.N. PLANCIAN
AED. CVR.

PLAVTIVS, cum t, familia Romana libri,
et lapides Capitolini, et nummi duo argentei
Andreæ Lauretani, quorum alter, A. PLAV
TIVS. AED. CVR. EX. S. C. alter, L.
PLAVTIVS. et alias Io. Mariæ Sculptoris,
sic inscriptus, C. PLAVTIVS. PLAN-
CVS. et alias Matthæi Forerij, cum his lit-
teris, A. PLAVTIVS. AED. CVR
EX. S. C.

POENA, cum oe scribo, ex quibusdam anti-
quis libris, et lapidibus, Græcaq. cosuetudine.
Licet.

Licet. formam. dispositionis. acta. contineant. ad. fidem. tamen. gestorum plenius. memoriae. tradendam. fabulam: placuit. adfigi: quae. publicaret ordinem. rerum. quom. Suarios. uideremus. damnis. affectos. et. eos etiam. ordines. qui. Suariam. faciunt prouidimus. his. leuamen. ex. titulo canonico. uinario. ut. uigintiquinque millia. amphorum. annua. consequantur. sub. ea. diuisione. ut. duæ. partes Suariis. tertia. uero. his. ordinibus sufficiat. qui. Suariam. recognoscunt ita. ut. iidem. ordines. iuxta. consuetudinem. tam. proprium. quod. appellatur. quam. annonis. exsoluant et. moderatione. adhibita. perinde. a possessore. suscipiant. atque. accipere sunt. soliti. antiquo. more. praeeunte interdicentes. ne. inormia. illa. indebitaque. praestentur. quae. tam. tribunus. quam. patroni. diuersi. et. uaria. conseqüebantur. officia. contra quod. interdictum. si. qui. ausi. fuerint de. communi. largiri. et. scribac. qui dem. caeterique: poenae. subiaceant

POENI, cum oe. lippides Capitolini.

Pæte-

Orthographiæ
POETELIVS, cum oe.lapides Capitolini,
& alij.

POLLA, ll, deductum a Paulla. libri
ueteres.

POLLIO, ll geminata, cognomen Asiniæ gen-
tis. lapides.

L. IVNIO. L. F. SABATI-
NA. POLLIONI. AV-
ROMATARIO. A. VIC
PUBLIC. VI X. ANN
XLVIII
L. IVNIUS. L. F. SYN-
AVIUS. AROMAT
FRATRI.OPTIMO.PIENTIS-
SIMO. FEC

POMERIVM, sine diphthongo. libri, & lapi-
des. uide, AVCTOR.

POPILLIVS, ll geminata. lapides Capitolini,
& alij.

POPLICOLA, non Publicola, P. Valerij cogno-
men. lapides Capitolini. Liujs etiam lib. II.
huius pronominis caussam ponit, quasi a popu-
lo coleretur.

Pop-

POPPAEVS, gemina pp., & cum ae diphthon
go. libri, & lapides Capitolini.

PORCIUS, cum c, familia Romana, a por-
co; ut ab asino, Asinius; ab ove, Ouius; a
gallo, Gallius. libri, lapides Capitolini, &
alij: & nummus argenteus Antonij Augu-
stini, & alius Francisci Molini, sic inscripti,
M. PORCIUS. LAECA.

POSTVMIVS, familia, & Postumus, cognō-
men, sine adspiratione, contra etymologiam.
lapides Capitolini, & alij. uidē, CONIVX.
& nummi tres argentei Andreæ Lauretani,
quorum alter, POSTVMIVS. Q. F. AVG.
alter, A. POSTVMIVS. COS. & alius
Matthæi Forerij, & duo Rinaldi Odoni, iti-
dem inscripti. tertius Lauretani, in quo est,
A. POSTVMIVS. A. F. ALBINVS
BRVTI. F. COS.

PRAESERTIM, cum ae. libri ueteres.

PRAEMEFERO, præsefers, præfert, unica
dictione scribo: quanquam ex tribus compona-
tur. usu enim in unam transiit: sicuti quem-
admodum, quamobrem, & similia.

Trensus,

Orthographiæ

P R E N S V S , non prehensus , Terentius Scaurus
præcipit scribendum : quòd deducatur a pren-
do , non prehendo .

P R O , sine adspiratione : ut , Pro Iupiter . Festus .

P R O C O N S V L , unico uerbo scribendum , licet
existimare ; cum Suetonius , et Plinius , Pro-
consulatus ; Gellius , Proconsulare , unico
uerbo dixerint . Veteres contrahebant , P R O
C O S . itaq . scriptū in lapidibus Capitolinis , et
alijs , animaduerti . quæ scribēdi ratio molestas
grammaticorum quæstiones uitabat . librarij
postea , alij , proconsul , uariatis casibus , alij
semper , Pro consule , produxerunt . ego liben-
ter antiquorum consuetudinem imitarer ; ne
cum alterutra parte , sui quasi iuris possessio-
nem tenente , litigare necesse habeam . quòd si
alterutram ad partem cogar inclinare , liben-
tius scripserim , Proconsul , proconsulis , pro-
consuli , et quæ sequuntur . in quo me ualde
mouet similitudo , cum , ab nepos , & prone-
pos , non , ab nepote , uel , pro nepote , omnes di-
cant . quòd si hoc conceditur , (nec dissentire
quenquam video) ualeat eadem ratio in pro-
consul , & proprætor , & similibus . Veteres
autem non modo , P R O . C O S . sed etiam ,
P . Q . Pro , Populusque , separatim scribe-
bant :

bant: quod nos unico uerbo scribere omnes con-sueuimus. Nec me mouet exemplum illud in oratione, ut opinor, pro lege Manilia, cum L. Philippo dixit, se mittere Pompeium ad bellum Mithridaticum, non pro consule, sed pro consulibus. resexit enim ad originem compositionis, & ad significationem nominis, non ad usum scribendi, aut loquendi.

PROCILIVS, non Porcilius: libri, & nummus argenteus Aloysij Mondellæ, in quo est,
L. PROCILI. F.

PROELIVM, cum oe. lapides Capitolini, et alij.
- apud Festum tamen cum ae. sed Capitolinis la-pidibus in hoc magis tribuo.

PROSCENIVM, sine diphthongo. deducitur e-nim a scena.

PUBLICIVS, & Poblicius, in antiquis lapidi-bus inuenio: cum tamen, eandé significari gen-tem, minime dubitem. sed, quia ueteres, pri-mum, Toblius, deinde, Publius, hinc & Po-blicius, & Publicius, deducta sunt. lapides Capitolini, & nummus argenteus Io. Andreæ Aueroldi, & aliis Io. Mariæ Sculptoris, & aliis Matthai Forerij, & aliis Alexandri To
F ti,

Orthographiæ

ti, Poblicius, habent. mihi posterior consuetudo, quæ suavitatem in pronuntiando quæsiuit, magis placet: quam confirmat nummus argenteus Andreae Lauretani, & lapides.

ATTIAE. FORTVNATAE
PVBLCIVS
CONIVGI. INCOMPARAB.

PVBLLIVS, non, Poblilius, familia. lapides Capitolini, et alijs: etsi ijdem lapides paullo post,
POBLILIVS, habeant.

Q

Q. scribebant ueteres, cum copulantem partículam, que significarent: quod & lapides Capitolini, qui et, que producēte habent, disiunctam utrunque ab antecedenti uerbo: et alijs plene testantur. uide, ARRVENTIVS, CAERVLEVS, CATIVS, CLOACA, CONIVX, CONSVMO, HECATE, LITVS, PAEDVCEVS, QVATTVOR, SILVANVS, SOBOLES, TIRO, VETTIVS.

QVAMOBRE M, quemadmodum, sicut, sicuti, uelut, ueluti, quamprimum, quamplurimū, quamplures, quamdoctissimus, perbelle, perdocte,

docte, admodum, propterea, & similia unica dictione scribo: quæ, cum sint composita, usu tamen in unam naturam coierunt. libri, & lapides.

Quattuor, duplii tt. libri, & lapides.

Priscus. manumissus. ad. consilium. procuratorio. nom. apud. Domitianum in. secundum. cos. exercuit. decurias duas. Victoria. consulares. C. Cornelio. Prisco. F. habenti. equum. publicum. Corneliae. Zosimae. matri eius. habentibus. quattuor libero- rum. beneficio. Caesaris. libertis. libertabus. posterisq. suis. eorumque

Quidquid, & quidquam, non quicquid, aut quicquam. dicimus enim, quodque, & quidque. quanquam uideo etiam in uerbo, ac- quiro dinc mutari. Sed hæc non satis firma ratio uidetur: cum scriptum etiam in antiquissimis monumentis animaduerterim, adquiro: et si, acquiro, scribam. Accedit illa ratio, quod in quisquis, a quo quidquid deducitur, nullam litteram mutamus. nec dici potest in quidquid, ideo mutari dinc, ut pronuntiatio le niatur. nam mihi quidem sonus aliquanto aspe

58
Orthographiæ

rior uidetur in quicquid, quam in quidquid.
confirmant nostram opinionem Quintilianus,
libri, & lapides.

QVINCTVS, Quintius, Quintilius, Quin-
tilianus, & Quintilis, cum et, scribo, se-
cutus lapides Capitolinos, et alios. et si quida
lapides sine c. admonet enim etymologia, ut
quemadmodum a relinquo, relictus; a coquo
coctus; sic a quinque, quintus, deriuemus.

QVO MODO, & quoquo modo, & similia,
quis dubitet separatim scribenda esse? sicuti
etiam scribitur, quodam modo. eiusdem ge-
neris sunt, si quis, prius quam, postea quam,
ante quam, iam pridem, iam dudum, iam
diu, hoc est, id est, propterea quod. quod li-
bri, & lapides confirmare uidentur. uide,
CLOACA.

QVOTIDIE, quod componitur ex quoto die,
cur non scribam cum antiquis? Quintilianus
enim aetate sua cotidie dictum significat. uerè
in hoc uetustiorem consuetudinem magis pro-
bo. alioqui, ut, cotidie, sic et dicendum esset,
cotannis. quod ineptum & contra consuetu-
dinem esset.

Religio,

R

RE^LI^GO, unica l. Festus, & lapides. uide,
CLOACA. poetæ addunt l, ut producatur
prima syllaba, quæ breuis natura est.

RE^LI^QVIAE, unica l. fit enim a reliquo. poe-
tæ addunt l, ut prima syllaba producatur. a-
lioqui locum in carmine non haberet. lapides.
TROPHIMIANVS. **R**E^LI^QVIAE. PVR-
RI. QVONIAM. PHRYGII. PASTO-
RIS. VIXIT. ANNIS. DVODECIBS.
SENIS. NAM TERTIVM. ABSTV-
LIT. ILLVM.

RE^PR^EHENDO, sine diphthongo, cum adspiri-
ratione, contra ueteres libros. corripitur enim
in secunda syllaba apud poetas.

RETVLIT, in soluta oratione : Rettulit, in
carmine. nam natura sua, cum deducatur a
resero, facit retuli. sed poetæ addunt t, ad
producendam primam syllabam, sicut addunt
l in Religio, & Reliquiae. Rettulit tamen
duplici tt, est in Capitolino Marcelli triūpho.

RH^ATTI, populi, cum æ diphthongo. libri
Graci.

F 3 Romilius,

Orthographiæ
ROMILIVS, non Romilius, familia Roma-
na. libri ueteres.

RVFVS, Rufinus, & Rufianus, unica f. la-
pides. uide, MARSIVS, PETTIVS, SIL-
VANVS, & sex nummi argentei Andreæ
Lauretani. in primo est, RVFVS IIIVIR.
in secundo, RVFVS. in tertio, RVFVS. S.
c. in quarto, Q. POM. RVFVS. COS. in
quinquo, Q. POMPEIVS. RVFVS. COS.
in sexto, L. SERVILIVS. RVFVS. et tres
item argentei Rinaldi Odoni, duo sic inscripti,
RVFVS. IIIVIR. tertius autem, Q. POM-
PEI. Q. F. RVFVS. COS.

S

SAECVLVM, cum ae. nummus æreus Rinaldi
Odoni, sic inscriptus ab uno latere, MARCIA
NA. AVGVSTA. ab altero uero, FELICI-
TAS. SAECVLII. Festus, & lapides.

Cloeliae: Claudianae. v. v. Maximæ
a. diis. electæ. merito. quam. sibi. ta-
lem. antistitem. numen. uestae. reser-
uare. uoluit. Cloelia. Neruiana. soror
cum. Pierio. coniuge. ac. liberis. suis
orantes. ut. per. tot. saecula. facere. dii
permittant

Vide

Vide etiam, LITTERAE.

Quidam a sequendo deduxerunt, quod sequatur se, atque in se reuelatur. Varro a senecte derivat, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putauerunt. utrocumque modo corripis syllabam necesse uidebatur. ideo ueteres addiderunt a, ut fieret diphthongus.

SALLIUS, duplii libri lapides. uide, TUTELARIUS.

SALLUSTIVS, libri, & lapides.

Genio. Coeli. Herodian. praegustator diui. Augusti. idem. postea. Villicus. in hortis. Sallustianis. decessit. non. Augustis. M. Cocceio. Nerua. C. Vibio Rufino. cos. Iulia. prima. patrono. suo

SCAEVULA, non Scæuola, Muciæ gentis cognomen. lapides Capitolini.

SCENA, sine diphthongo. libri, & Graeca consuetudo.

SEPTENTRIO, cum m, non cum n. libri, & lapides. uide, LANVINVS.

Orthographiæ

SEPVLCRVM, sine adspiratione: fit enim a supino sepultum, sepulcrum: ut a simulatum fit simulacrum: ab inuolutum inuolucrum: a fultum fulcrum: a lauatum lauacrum: ab ambulatum ambulacrum, mutata t in c, & additarr. sunt omnino lapides, libri, Gellius, Pontanus, & Georgius Valla, qui aliter senserunt: sed aperta nimis etymologia est: & Seruius in III. Georg. ait, ueteres scripsisse, sepulchrū; post, abiectam esse adspirationem. eius uerba sunt hæc: Tria ueteres habebant nomina, in quibus c litteram sequeretur adspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: e quibus pulcher tantum hodie recipit adspirationem: Quid aperius? nec tamen desunt lapides, in quibus sine adspiratione scriptum sit. uide, LITVS.

S EQVVNTVR, non, ut quidam libri, & lapides, secuntur. dicimus enim, sequor, & sequens, & sequela: in supino tamen, secutum, uitandæ asperitatis gratia.

SERRANVS, duplii rr, Atiliorum cognomē: et si deducatur a serendo. lapides Capitolini.

SESTIUS, non Sextius, cum est patricia familia. lapides Capitolini, & nummus argenteus Andreæ Lauretani, in quo est, L. SESTIA-NVS. PRO. QV.

S E X T I L I S, mensis, non Sestilis, lapides
Capitolini.

S E X T I L I V S, non Sestilius, familia Ro-
mana. lapides.

Sofronia: o. l. tertia. sibi. & P. Sextilio
primo. haruspici. seuiro. Aquini. &
suis. in fr. P. xii. in. agr. P. xii.

S E X T I V S, non Sestius, cum est plebeia fami-
lia. lapides Capitolini, & Graeca consuetudo.

S I C A, familia Romana, unica c. libri ueteres.

S I D E R A, non sydera. libri ueteres, & etymo-
logia, deducitur enim, ut arbitror, ab insi-
dendo: et lapides. uide, **C O N I V X**.

S I G I L L A T I M, non singillatim, a sigillum. li-
bri ueteres.

S I L A N V S, non Syllanus, cognomen Iuniorum.
libri, & lapides Capitolini: & duo nummi ar-
gentei, unus Andreæ Lauretani, alter Ale-
xandri Toti, sic inscripti, **D. S I L A N V S**
L. F. XXIX.

Silua,

Orthographia

S I L V A , cūm i , non cum y . omnis antiquitas .
Alij scribunt cum y , deducentes a Græco , vñ :
contra libros , lapidesq . omnes

C A S T R . P R A E T

L . S I L V I N I
H E L P I D I A N I

S I L V A N U S , cognomen Plautiorum . libri ueteres , & lapides .

Fl. Maniliae . v . v . Max . cuius . egregiam sanctimoniam . & . uenerabilem . morum . disciplinam . in . Deos . quoque peruigilem . administrationem . senatus . laudando . comprobauit . Aemilius . frater . et . Rufinus . frater . et . Flavii . Siluanus . Eireneus . sororis . filii . a militis . ob . eximiam . erga . se . pietatem . praestantiam . que

S I M I L L I M U S , gemina ll , ut syllaba producatur . alioqui enim corriperetur . poetæ .

S I N C E R V S , cum i , non cum y . libri ueteres .

S I Q V I D E M , coniunctum scribo . quod indicat Ouidij uersus ,

Quæ

Quæ mihi uentura est, siquidé est uerba senectus.

*Nam si, cum non est compositum, producitur.
eiusdem generis sunt, quare, quamobrem, po-
stea, propterea, ideo, sanequam, ualdequam,
præterquam, quilibet, quiuis, & similia.*

S O B O L E S, largior consuetudini, auribus in-
dulgenti, cui & Cicero ipse plurimum tribuit,
ut in Oratore legimus: licet antiquiores libri
habeant, suboles, & cum libris lapides ali-
quot consentiant: ut omittam satis apertam cō-
positionem, ex sub, & olesto.

Difficilis. quondam. dominis. pare-
re. serenis.

Iussus. &. extinctis. palmam: porta-
re. tyrannis

Omnia: Theodosio. cedunt. soboliq;
perenni

Ter. denis. sic. uictus. ego. domi-
tusq. diebus

Iudice. sub. Proclo. sum: . : . S. ad
auras

S O L I C I T V S, unica l. libri, lapides. ui-
de, EPISTOLA. Festus. quod, solicita-
re, sit solo citare, id est ex suo loco mouere.
&, quia prima syllaba, ut in solum, brenis
erat,

Orthographiæ
erat, ideo poetæ addiderunt l, ut in Religio,
Reliquiæ, & Rettulit.

SOLLEMNE, non solenne habent libri, Festus, & lapides. uide, BAE THICA. Analogia solenne uidetur probare. est enim a solo anno: & perenne dicimus, non perenne: quod itidem ab anno componitur. in hoc tamē plus antiquitati demus, quam analogiæ.

SOLLERS, duplicit. libri ueteres.

SOLLISTIMUM, duplicit. libri, & Festus.

SPIRITALIS, non spiritualis. libri ueteres.

SQVALEO, unical, a squama deductum. libri ueteres.

SQVAMA, unica m. libri ueteres.

SVFENAS, unica f. nummi duo argentei, unus Andreæ Lauretani, alter Matthæi Forerij, sic inscripti, SVFENAS. s. c.

SVELA, non Sylla, habent lapides Capitolini posterior tamen consuetudo, ut ego arbitror Sylla maluit, ut etiam friges, non fruges, & simi-

similia: de qua & Cicero in Oratore.

SVLPI CIVS, cum c. libri ueteres, Graeca con-
suetudo, lapides Capitolini, & alijs: & num-
mus argenteus Aloysii Mondellæ, sic inscri-
ptus, C. SVLPI CI. C. F.

S V P E L L E X, unica p. libri ueteres, & poetæ,
qui primam corripiunt.

S V P R E M V S, unica p. prima enim apud poetas
corripitur.

S Y N H O D V S, cum y, et adspiratione, a Græco,
ut Methodus. lapides. uide, LANVINVS.

T A E D E T , cum ae. libri ueteres.

T E N S A, sine adspiratione. Festus, & Pedia-
nus, qui deducit a tendendo.

T E N T O, non tempto, ex analogia. frequenta
tiuum enim est a teneo. in quo dissentio a qui-
busdam antiquis libris, sicut & ab ijs, qui, Se-
pulchrum.

Tercen-

Orthographiæ

TERCENTVM, non trecentum, et similia liben-
tius scriberem, ratione habita compositionis.

THE SAVRVS, deductum a Græco, θησαυρός,
perspicue constat: itaque quibusdam libris nō
assentior, in quibus video scriptum esse; Then-
saurus. de quo etiā diximus in uerbo, Quoties.

THORIVS, cum adspiratione. nummus argen-
tens Alexandri Toti, in quo est, L. THO-
RIVS. BALBVS. I., S. M. R. & alius
Rinaldi Odoni, itidem inscriptus.

TILLIVS Cimber, percussor Cæsaris, non Tul-
lius: libri ueteres, & Græca consuetudo.

TINGVO, non tingo, unde extinguo. libri
ueteres.

TIRO, non tyro; nouus miles. libri, et lapides.

Iussu. mandatuue. P. R. cos. Imp. trib
mil. Tiron. commiliton. armate. quis-
quis. es. manipulariae. ue. centurio
turmae. ue. legionariae: hic. sifito
uxillum. sinito. arma. deponito. nec
citra. hunc. amnem. Rubiconem. si-
gna. arma. exercitum. commēatum

uc

ue . traducito . si quis . ergo . huiusce
iuisionis . aduersus . praecepta . fece-
rit . adiudicatus . esto . hostis . P . R . ac
si . contra . patriam . arma . tulerit . pe-
natesq . e . sacris . penetralibus . aspor-
tauerit . S . P . Q . R . sanctio . plebisci-
ti . . . ultra . hos . fines . armā . ac
signa . proferre . liceat . nemini

TITIVS, cum t. lapides, uide, PATRICIVS.

TRANSFERO, et deriuata, cum ns scrib̄, ra-
tione habita compositionis, & veterum libro-
rum auctoritate.

TRIUMPHO, cum ph, non cum f, ut quidam
putant. Festus, Cicero, libri, & lapides. ui-
de, ANNAEVS, HANNIBAL, TUTEL-
LARIVS.

TUSCIA, sine adspiratione. libri, & lapides.

Betitio . perpetuo . Arzygio . V . C . con-
sulari . Tusciae . et . Vmbr . ob . singula-
ria . eius . erga . prouinciales . benefi-
cia . & . ob . moderationem . pro . do-
cumento . etiam . posteris . relinquen-
dam . aeternam . statuae . monumen-
tum .

Orthographiæ
tum Tusci. et. Vmbri. patrono. prae-
stantissimo. collocarunt.

TUTELLARIVS. libri, & lapides.

C. Sallio. Aristaeneto. V.C. septemui-
tro. Epulonum. sodali. Augustali. iu-
ridico. per. Picenum. &. Apuliam. cu-
ratori. uiarum. Aureliae. Corneliae
triumphalis. praetori. K. Tutellatio
quaestori. designato. et. eodem. an-
no ad. aedilitatem. promoto. Xuiro
Stilitib. iudican. oratori. maximo. de-
curiones. et. plebs. coloniae. Ascula-
norum. Anconitanorum. propter. hu-
manitatem. abstinentiam. efficaciam

TYRANNVS. Festus, libri, & lapides. uide
GOTHI, & SOBOLES.

V

VALETUDO, dixerim libentius, quām ualitudo, contra analogiam, et ueteres libros. uideo enim Horatium in Sermonibus dixisse, Du-
ra ualetudo, producta secunda syllaba: quā, si ualitudo dicas, breuis erit. uerisimile igitur
est, alios, ualitudo, alios, ualetudo, pro-
nuntiasse,

nuntiasse, in quibus Horatium, fortasse dupli-
ci supino ualitum, & ualetum: ut ab oleo,
olitum, & oletum: unde obsoletum, exole-
tum. potest enim, ut a duplice præterito, olui,
& oleui, factum est duplex supinum olitū,
& oletum, itidem fuisse a ualeo duplex præ-
teritum; ualui, unde ualitum; & ualeui,
unde ualetum, ex quo ualetudo. nummus
quidem argenteus Andreae Lauretani, &
alius Rinaldi Odoni sic habent, M. A C I-
LIVS. III. VIR. VALETU.

V A R V S, unica r. nummi argentei tres Andreae
Lauretani & unus Matthæi Forerij, sic in-
scripti, C. V I B I V S. V A R V S. et si Vi-
ctorinus Afer, antiquus grammaticus, ali-
ter sentiat.

V A T T I V S, duplicit scribo, ex Victorini
sententia.

V E N E O, pro uendo, sine diphthongo. ex Pan-
dectis Florentinis.

V E T T I V S, duplicit. lapides.

L. V E T T I O. S Y N T R O P H O. R E L I G I O-
S O. A. M A T R E: M A G N A. C A P I L L A T O

G V E T-

Orthographiæ

VETTIA. AMOR. DE. SVO. FACIT. PO-

STERIS. Q VE. EORVM. quædam ortho. V-

VERRUCOSSVS, dupli. rr, & dupli. ss,
ut Imperiosus. lapides Capitolini.

VICENSIMVS, nunquam scribo, sed uice-
simus, tricesimus, & similia.

VINDICO, non uendico. libri, Festus, Pan-
dectæ Florentinæ, analogia. dicimus enim
uindex, non, uendex. & lapides

VIRDVMARVS, non Viridomarus, Ger-
manorum dux, a M. Claudio ad Glastidium
interfectus. lapides Capitolini

VIRGILIVS, malo, quam Vergilius. ex uer-
su Calui, ueteris poete:
Et uates, cui uirga dedit memorabile
nomen.

Quanquam crediderim non fuisse hoc pro-
prium poetæ nomen, sed ortum esse ex Vir-
gilia familia, satis nota, omnesq. maiores eius
Virgilios fuisse. Pierius etiam primam
syllabam cum i scribi maluit: cuius ratio-
nes, uisum est, ut hic adscriberem, quo cer-
tius in hoc nomine recte scribendi ratio co-
gnosc-

gnosceretur: Non ierim, inquit, inficias; in Romano codice passim Virgilium, & Vergilium per e uocalem secundam scribi. sed enim id ea ego de causa factum crediderim, quod mutatio litterae i in e, atque itidem e in i, sit toto eo codice frequentissima. Quid, quod, eliganter, secunda syllaba per i. scriendum præcipit Caper, quod ab eligo deducatur? nemo tamen unus dictio[n]em ita proferre, nunc auderet. et, n[on] tam afferat singulorum nomenclatura, sexcenta huiusmodi præteribimus. ut minus me moueat, quod in Pandectis quoque illis, quæ nunc Florentiae publice asseruantur, libro ipso Iustiniani Principis, ut creditur, archetypo, non aliter, quam per e, nomen id notetur. sint commentaria Tiberij Donati, grandioribus notata characteribus. sint codices alijs, atque alijs huius, vel illius auctoris, in quibus, Vergilius per e scriptum, inueniatur: etatis, quippe consuetudine, non ratione factum contenderim, tot alijs hominibus, quod ad has litteras pertinet, pro temporum uarietate, uariantibus: quod si aliqua reperiantur monumenta, in quibus Vergilius nomen per e, notatum sit, certe longe plura sunt, in quibus cum i legatur. Et, ne de Marone dictum dubitemus, nisebatur in foro Traiani proximis his annis monumentum id, quod H. O. N. N.

Orthographiæ

IMPP. in Claudiāni, poetæ luculentissimi, memoriam erexerant. in quo, præter Latinā inscriptionem, quæ facti consilium, & Claudiāni meritū indicaret, Græce insuper κατ' επιτομὴν incisum distichon legebatur huiusmodi.

EIN. ENI. ΒΙΡΓΙΛΙΟΝΟΝ. ΚΑΙ
ΜΟΤΣΑΝ. ΟΜΥΡΟΥ
ΚΛΑΤΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑ
ΣΙΛΕΙΣ. ΕΘΕΣΑΙ

sed enim, si ab etymologia nominis huius rationem petamus, Virgilio nomen a uirginali facie, uel modestia inditum, interpretes affirmant. eumque, Partheniata, uocatum, tam ueterum scripta, quam inscriptiones librorum eius ostendunt: in quibus tot codicibus uetus istis notatum inspicitur.

P. PARTHENIATIS. VIRGILII.

MARONIS.

Accedit hoc epigramma Græcum, in quo Dido queri uidetur, alienum quid Virgilium a sui nominis significatione fecisse, cum pudicissimæ feminæ tam fœdas impudicitiae notas inussit. ad id enim alludit finis ille:

Πλέριδες τί μοι ἀγνὸν ἐφωπλίσαθαι Μάρονα
Τοῖα κατ' οὐτέρην τέλος τοσαῦτο σωφροσύνης.

Qua re, etymologia, siue a uirga, siue a uirginali specie. unde illi tā celebre nōmē, Virgilius, per i, scribi debere uidetur. Quod uero apud

Romanos.

Romanos in antiquorum monumentis, nomen
id per e, non nunquam notatum inueniatur: si-
c ut apud Angelum Colotium, in eius hortis,
C. VERGILIUS. MARTANVS. C O-
LONVS, hos, æquo aliquo dato iudice, per-
cundari uelim, si tantum illis monumentis tri-
buunt, ut, quidquid in illis inspexerint, pro le-
ge habeant, cur & non reliqua eodem modo
scribenda censem, quo singula eodem marmo-
re scripta sunt, quippe, Vergilius, ll gemina-
ta: Bone, & care, absque diphthongo, in ac-
quisituo casu. Cur, quia in alio marmore
peruetusto, Romæ, **Q. BERGILIVS**, le-
gitur, non itidem præcipiunt, Bergilius, per
mutam, non per uigamnon, scribendū esse?
Pari sententia hodie haudquaquam ego, Dea-
na, scripserim, quod ad D. Eustachium lege-
rim, **DEANAE. D. D.** neque, Menerua,
lcber, & Magester, quæ per e protulisse ue-
teres, Quinctilianus testatur: neque, Ioue,
datiuo casu: tametsi Aquilæ intra ædem S.
Secundi notatum sit,

I O V E. O T T V M O. M A X V M O. T

P E T T I V S. T. F

Quæ idem apud ueteres Quinctilianus agnoscit.

VOLCANVS. libri ueteres. unde & in lapi-
dibus Capitolinis, **VOLCANALIA**, assen-

G 3 tiente

Orthographiæ
tiente Kalendario veteri Romano, cum patris
epistolis impresso.

VOLTVRNVS, ex antiquis libris, & eodem
Kalendario.

VULSINIENSES, non Volfinienses. lapides
Capitolini.

VULSO, non Volso, Maniliorum cognomen.
lapides Capitolini.

ALDVS MANVTIUS
FRANCISCO MORANDO
S. P. D.

INTERPVNGENDI rationem ad Orthographiam pertinere, iudicas, FRANCISCE MORANDE: ideo hanc etiam partem, hortatu impulsi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines dissentire constet, hoc ipsum argumento est, huiusce artis, ac studii scientiam non esse contemnendam. equidem usu didici, obscuras saepe sententias, si recte distinguantur, illustrari; contra, distinctionis uitio, loca multa ita perturbari, atque peruersti, uix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem unquam possint. Quocirca, hoc degenerc aliquid præcipere, operæ pretium uidetur. nec tamen recuso, quin, meliora si quis attulerit, opinio nostra corrigatur. Et, ut ab infimis ad summa, quasi per gradus, adscendamus,

Orthographiæ

PRIMVM illud sciendum est, minimam esse distinctionem auersum semicirculum, qui hoc modo designatur, quam alij uirgulam, alij comma, non nulli semipunctum appellant: ea uero non integrum sententiam, nec sententiæ partes terminat, sed nomina, uel uerba distinguit, quæ modo aliquid differant, ut cum dicimus, Vir probus, & eruditus: aut, Grauitate, studio, contentione: & in similibus, seruit etiam uerbis, non eadem significantibus, hoc modo, Hortari, orare, monere. sed quædam uirtutes, usu nimio, delabuntur in uitium. Sic animaduerti, si omnibus uerbis, uaria significantibus, hæc apponatur nota, non modo non explicari sententiam, sed etiam impediri, ut, si uelis, quot uerba sint, totidem distinguendi notas apponere, quia non eadem uerborum omnium significatio uideatur: quod interdum accidit.

EADEM nota, si cum unico puncto coniungatur, ut sit hæc; aliter usurpatur. modo enim dislinguit contraria nomina, hoc modo: Publica, priuata; sacra, profana; tua, aliena. quo in exemplo, satis constat, neque unicum sufficere semicirculum, & ea nota, quæ gemino puncto describitur sic: nimum sententiam retardari. interdum etiam locum

locum habet in ijs locis , ubi non contraria no-
mina sunt , sed sententia ita variatur uerbis ,
ut , si semicirculum apponas , parum sit ; si ge-
mina puncta , nimium . uti exemplo cogita-
bam : sed , effluxisse exemplum satis apertū ,
sensi , in proxima superiore sententia . cuius
generis occurunt plurima in antiquorum li-
bris . quanquam cur parcam opera ? cum præ
sertim inter omnes notas . hanc , de qua nunc
agimus , esse omnium difficillimam intelligam .
exempla igitur hæc erunt : Ratio docet , si
aduersa fortuna sit , nimium dolendū
non esse ; si secunda , moderate latan-
dum . nam si post illud , Non esse , addas
semicirculum , quasi præcipiti cursu sententia
feretur : quæ tamen , cum bipartita sit , post
priorem partem omnino debet parumper con-
sistere . si uero bina puncta in eo-loco malis ad-
iungere , tantam separationem sententia non
feret : cuius posterior pars a priore pendet :
quandoquidem uerbum , Docet , utranque
sententiæ partem æque regit . Simile hoc est :
Tu , quid diuitiæ ualeant , libenter spe-
etas ; quid uirtus , non item . Ut amur
etiam longiore ambitu , ut ostendamus , quid
inter bina puncta , & punctum semicirculo
impositum intersit . ad Torquatum ita scri-
psit Cicero : Etsi ea perturbatio est om-
nium

Orthographiæ

nium rerum, ut suæ quenque fortunæ
maxime pæniteat; nemoque sit, quin
ubiuis, quam ibi; ubi est, esse malit:
tamen mihi dubium non est, quin hoc
tempore bono uiro, Romæ esse, miser-
rimum sit.

SEQ VIT VR geminatio puncti: cuius ea
uis est, ut quasi medium locum obtineat inter
punctum semicirculo iunctum, & unicum
punctum. nam bina puncta, si cum punto,
& semicirculo comparentur, plus ad senten-
tiam dissingendam ualent; si cum unico pun-
to, minus. omnino autem usurpantur, cum
sententia uel duas, uel plures habet partes,
quaesuis singula uerbis reguntur, per se con-
sistunt, absolutæq. sunt, ut, quemadmodum
ex integris membris fit integrum corpus, item
ex integris partibus sententia consistat uniuersa.
exemplum hoc erit, ex eadem Ciceronis
epistola: Etsi, quocunque in loco quis-
que est, idem est ei sensus, & eadem
acerbitas ex interitu rerum & publi-
carum, & suarum: tamen oculi au-
gent dolorem, qui ea, quæ ceteri au-
diunt, intueri coguntur, nec auerte-
re a miseriis cogitationem finunt.
Interdum autem ita longe progreditur sen-
tentia,

tentia; ut non uno tantum loco, sed iterum,
& saepius gemino puncto distinguenda videa-
tur; præsertim cum integras habet partes, in
quibus non modo semicirculus, sed nec punctus
cum semicirculo sufficiat.

R E S T A T unicum punctum, quo sententia
concluditur, ac terminatur. nec difficilem co-
gnitionem habet. quis enim non uidet, quo uer-
bo sententia finiatur? quanquam, ubi concisa
sententia est, & concisa item altera subsequi-
tur, gemino puncto ego quidem utor libentius,
quam unico, ut in hoc exemplo: Hospitium
mihi para: cras enim adero: & in hoc:
De meis rebus nihil tibi mando: tu,
quid agendum sit, iudicabis. Illud etiam
a proposita narratione non alienum uidetur,
post unicum punctum, si sequatur sententia,
superiori non dissimilis, primum uerbum little-
ra minuscula incipere; si uero dissimilis, ma-
iuscula. quod si non solum dissimilis sententia,
sed omnino dissimile sequatur argumentum:
tunc ea quæ sequuntur, non solum unico pun-
cto, & littera maiuscula, sed etiam aliquo in-
tervallo, sciungenda sunt: ut appareat diuer-
sæ materiæ principium esse.

I N T E R R O G A N D I nota quem sibi locum po-
stulat,

Orthographiæ

stulet, uerbum ipsum significat. in dolore autem, & in admiratione, si quis unico puncto, non interrogandi nota, utetur, meo iudicio, recte faciet, ut in hoc exemplo: Quanta calamitas impendet reip. & in hoc: Quantas utilitates humano generi philosophia peperit. Interdum, licet manifesta interrogatio sit, interrogandi tamen nota non utimur, ut, cum sententia usque eò producitur, ut illa interrogandi uis, quæ primis uerbis agnoscebatur, longiore paullatim spatio deminuta, evanescat. probetur exemplo: Antuputas esse bonos uiros, qui amicitias utilitate sua colunt, nihil ad humanitatem, nihil ad honestum referunt; nec libenter ea curant, quæ ego nisi curarem præter cetera, prorsus me tua beneuolentia, in qua magnam felicitatis meæ partem soleo ponere, indignum putarem.

D E P A R E N T H E S I pauca dicam: unum hoc tacere non possum, inepte facere, qui hæc parenthesi includunt, Ut puto, ut res indicat, ut a maioribus accepimus, quod equidem facile intellexerim, & similia; quæ si semicirculo distinguantur, aut saltem puncto & semicirculo, satis erit. Parenthesi inclu-

includi oportet ea , que nec sententiæ partes sunt , nec ab ullo aut antecedente , aut subsequente uerbo reguntur : nec , si absint , detrimenti quidquam patitur sententia .

D E ACCENTIBVS ne sunt iteranda , que iam diximus in littera A .

NE ILLUD quidem negligemus , ut , quantum in nobis est , studiosis Orthographiæ consu-latur animaduerti multos errare in diuidendis uerbis : quod in angustis librorum impressorum paginis fieri necesse est . Sed hæc in sim-plicibus uerbis aperta cognitio est : nisi si quis ita hebeti ingenio est , ut syllabas ipsas non interoscat . in compositis autem plus requiritur industria . quo de generc nihil possum præcipe-re , si , unde composita uerba sint , ignoretur . quod si compositionis origo pateat , simul diui-sio syllabarum patebit . addam tamen exem-plum . Exsules si diuidendum sit , nunquam ita diuidam E . x su les : cum enim exsul , quasi extra solum , dicatur , quis non intelligit , primam syllabam , Ex , non E , faciendam esse . Sic specio duabus syllabis ita diuide spe-cto , non , spec to . id cognoscitur in uerbo pri-mituio specio , a cuius supino deriuatum est spe-cto . Item , disstringo , multi prae diuidunt , dif tringo :

Orthographiæ ratio.


dis tringo: cum sit dividendum hoc modo, di
stringo. siquidem à di et stringo manifeste com
ponitur. Huiusmodi sunt innumerabilia: quo
rum syllabas non inscienter separabit, qui ad
compositionis originem animum referet.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G.

Omnes sunt quaterniones.

३८५ राज्य संविधानसभा
का द्वारा अनुदान के लिए एक वित्तीय विभाग
का नाम बदलने की अपील करते हुए इसका विवरण
किया गया है। इसका विवरण निम्न प्रकार है।



An libro precedente de
ratione medicandi anni et
folio trigessimo, habet
applicationem praestabilis
horum nominum, Calendae
Idus, et Nonae. —



